Class 226 B Book H36
General Theological Seminary Library
Chelsea Square, New York

PRESENTED BY
Soc'y for Promoting Religion and Learning

EUANGELIUM GATIANUM.

ordinare. Hanuacqonem nouum quae innobis completae sunt
sicut tradiderunt nobis qui abinitio ipsi uiderunt et ministri
fuerunt sermonis. Visum est et mihi adsecuto omnia
pio diligenter ordine tibi scribere optime theophile ut
cognoscas eorum uerborum quibus eruditus es ueritatem.

Factum est in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam no-
mine zacharias de uice abia uxor eius de filiabus
aaron et nomen eius helisabeth erant autem iusti ambo
ante dm incedentes in omnib; mandatis et iustificationi-
b; dni sine querela et nouerant illis filius eo quod esset
elisabeth sterilis et ambo processerant in diebus suis.

Factum est in cumsacerdotio funccionem zacharias
in ordine uicis suae ante dm secundum consuetudinem
sacerdotii sortae ipsum incensum ponens introibo
in templum dni et omnis multitudo populi erat



CODEX GATIANUS fol. 53v
Paris: Bibl. Nat. nouv. acq. lat. 1587 [Libri 14].

EUANGELIUM GATIANUM.

QUATTUOR EUANGELIA LATINE TRANSLATA
EX CODICE MONASTERII S. GATIANI TURONENSIS
(PARIS. BIBL. NAT. N. ACQU. NR. 1587)

PRIMUM EDIDIT
UARIIS ALIORUM CODICUM LECTIONIBUS INLUSTRAUIT
DE UERA INDOLE DISSERUIT

JOSEPH MICHAEL HEER.

CUM TABULA AUTOTYPICA.

FRIBURGI BRISGOVIAE.
SUMPTIBUS HERDER.
TYPOGRAPHI EDITORIS PONTIFICII.
MCMX.
ARGENTORATI, BEROLINI, CAROLSRUHAE, MONACHII, VINDOBONAE,
S. LUDOVICI AMERICAE.

69302

Imprimatur.

Friburgi Brisgoviae, die 12 Novembris 1909.

✠ **Thomas**, Archiepps.

YALE DIVINITY
LIBRARY
NEW YORK

Omnia iura reservantur.

Typis Herderianis. Friburgi Brisgoviae.

REVERENDISSIMO DOMINO

FREDERICO IUSTO KNECHT

SACRAE THEOLOGIAE DOCTORI CLARISSIMO

EPISCOPO NEBENSI

DECANO CAPITULI ECCLESIAE CATHEDRALIS
ARCHIEPISCOPALIS METROPOLITANAE FRIBURGENSIS

P.P. PIO X. A THRONO ASSISTENTI

COMITI ROMANO

SEPTUAGESIMUM NATALEM DIEM CELEBRANTI

D. D. D.

PRAEFATIO.

SCIUNT homines docti, quanti aestimandae sint Sacrarum Litterarum antiquae versiones latinae. Quamquam in tanta multitudine latinorum codicum, quibus Sanctorum praesertim Evangeliorum textus manu scriptus continetur, ne unus quidem invenitur liber, qui genuinam tradat immutatamve versionem antiquam sive Antehieronymianam aliquam sive etiam Vulgatam illam *longo tot saeculorum usu in ipsa ecclesia probatam* indeque a Sancta Oecumenica Tridentina Synodo (sess. IV) *pro authentica* habitam. Qua de causa, cum id potissimum opus sit, antequam de ipsis genuinis versionibus iudicium ferri queat, ut de codicum indole atque cognatione certiores simus — id quod etiam S. Berger, vir in quaestionibus nostris illustrissimus, in libro qui inscriptus est ‚Histoire de la Vulgate' (pag. IX) bellissime sic effatus est: *La correction du texte sacré ne peut être tentée sans que . . . dans la mesure que possible, l'histoire du texte ait été écrite*: equidem in codicis Gatiani edendi atque illustrandi munere rei haud inani operam dedisse mihi videor.

Originem ducit Codex Gatianus Anglo-Hibernicam atque inter celeberrimos qui aetatem tulerunt insulares Evangeliorum codices, quamquam a nonnullis superatur arte pictoria et calligraphica, ipse quidem ornate eleganterque scriptus, certe lectionibus excellit quibusdam vetustissimis atque singularibus eumque omnino textum praebet, quo veluti specillo aliorum quoque codicum indoles haud scio an facilius possis perscrutari. Exhibet magnam partem Codex Gatianus versionem seu emendationem s. Hieronymi — emendavit enim potius Evangelia latina Hiero-

nymus quam vertit. Sed inest etiam haud parva neque levis portio Antehieronymiana, quae quidem strues primaria est habenda. Demonstrare ergo in Prolegomenis conatus sum textum Gatianum ex Evangeliorum interpretatione Antehieronymiana ita esse ortum, ut versio illa antiqua pedetemptim emendaretur ad versionem s. Hieronymi, ita tamen, ut a librariis sive consulto sive fortuito adhuc vetustatis particulae admodum pretiosae relinquerentur. Ipsae vero reliquiae illae Antehieronymianae, quae in codice hoc Gatiano servantur, ‚Africanam' quae ab Hortio vocabatur sapiunt prosapiam, versionis videlicet Africanae illius vetustissimae, qua utebantur iam antiquissimi Africanae ecclesiae scriptores Tertullianus Cyprianus alii.

Gratias habeo maximas Viris Illustrissimis qui sunt Magno Badarum Duci a Ministeriis Iustitiae Cultus Instructionisque Publicae, qui Lutetiam Parisiorum profecturo donativum mihi dedere; necnon Summe Reverendo Capitulo Ecclesiae Cathedralis Metropolitanae Friburgensis Eiusque Decano Reverendissimo D. Frederico Iusto Knecht Episcopo Nebensi, qui tantis mihi sumptibus subpeditaverunt; et Henrico Omont, Clarissimo Viro, qui librum mihi Gatianum et Epternacensem aliosque qui in Bibliotheca Nationali Parisiensi conservantur codices celeberrimi, summa qua est liberalitate, permisit. Gratissimo etiam animo prosequor Professores Doctissimos DD. Cornelium Krieg Praelatum et Gotofredum Hoberg et † Carolum Rueckert et non ultimo loco Alfredum Holder, magistros meos, qui consiliis me libentissime adiuverunt. Stud. phil. Leo Wohleb, discipulus meus, de ‚Indice verborum' bene conmeritus est.

Scribebam Friburgi Br., die 7. Octobris 1909.

Joseph Michael Heer.

PROLEGOMENA.

I. DE CODICE GATIANO.

1. **Historia Codicis.** Evangeliorum codex latinus, quem totum atque integrum edendum censui, iis videlicet adductus de causis, de quibus infra disserendum mihi erit, hodie apud Parisios in ‚Bibliotheca Nationali' inter libros manu scriptos latinos ‚novellae acquisitionis' sub numerica denominatione 1587 *(Manuscrit latin du fonds des Nouvelles Acquisitions no. 1587)* asservatur, ubi ut eum conferrem arteque photographica etiam depingerem H. Omont, vir illustrissimus, benignissime mihi concessit. Antiquitus fuerat monasterii s. Gatiani Turonensis, ubi pretiosissimae diu margaritae instar habebatur: quippe etenim tradebatur in Turonensi ecclesia codicem evangeliorum Gatianum ipsius s. Hilarii, Pictaviensis episcopi celeberrimi, manu fuisse exaratum — id quod saeculo tandem XVI anonymi Benedictini in libro qui inscriptus est ‚Nouveau traité de diplomatique' ipsa subscriptione Holcundi, codicis veri librarii, qui in fine codicis nomen professus est, refellebant[1]. Immo, ut etiam ratione palaeographica et indole textus critica verisimillimum est, codex Gatianus ex Hiberniae potius vel Nordanhymbriae quodam monasterio erat oriundus, unde sive Caroli Magni, sive iam temporibus Pippini, regis Francorum, cuius nomen in folii 53^{r} margine imo characteribus Merovingicis inscriptum est, in Turonensem civitatem devehebatur. Dubitari nimirum vix potest, quin genuina sit inscriptio, cuius origo Celto-Hibernica vel vocabuli ‚rix' orthographia ostentatur[2]. Re enim

[1] Ruinart, Gregorii Tur. opp. col. 1317 sq; cf. Nouveau traité de diplomatique III, Paris 1577, 86 384.

[2] Cf. Delisle (Catalogue des mss. des fonds Libri et Barrois, Paris 1888, pag. 8), qui codicem non nisi cum haesitatione Pippini aetate in Galliam venisse suspicatus est, cum de inscriptione dicat: ‚nisi forte a falsario quodam addita est'. Quae tamen dubitatio fundamento caret, cum falsarius certissime scripsisset **rex francorum**, minime vero **rix francorum**, quam formam in nullo umquam manuscripto latino libro legisse me meminerim. Est re vera Celticae orthographiae, cum apud Celtas antiquos diceretur **rix**, velut ‚Dumnorix, Orgetorix, Vercingetorix', apud Hibernienses **ri**, ut A. Holder, vir illustrissimus, me edocebat. Cf. tabulam autotypicam, in qua inscriptio ipsa conspicitur.

vera scriptum est, ut etiam in tabula nostra autotypica videtur:

Pippinus rix francor(um)

Accedit quod saeculo IX—X manus quaedam tertia, de qua infra (pag. XVI, adnot. 3, et XXIII) dicendum erit, quae pericoparum initia per omnem codicem adnotavit, ab insulari iam antiqua proprietate manus primae et secundae recedit. Certe itaque saeculo fere IX—X iam in Gallia erat codex Gatianus, neque mihi dubium est, quin ipsi Alcuino, monasterii s. Martini Turonensis abbati clarissimo, qui alios quoque Sacrarum Scripturarum codices ex Eboracensi patria ad se perferri iussit[1], in recensendo latino evangeliorum textu praesto fuerit. Argumento autem sunt duo alii superstites codices Turonenses: alter quondam maioris monasterii Turonensis (**mm**, iam Musei Brit. Egerton 609 saec. IX), alter monasterii s. Martini, cuius abbas fuit Alcuinus, codex aureus (**mart**, qui adhuc in bibliotheca Turonensi publica sub no. 22 extat). Nam ut e lectionibus a Calmet, Sabatier, Bianchini et imprimis a Wordsworth editis manifestum est[2], codices *mart* et *mm* cum ad codicem hunc Gatianum, tum ad codices Alcuinianos proxime accedunt. Quorum alter *(mm)*, ut ex litterarum ductu apparet, non in insulis, sed in Gallia saeculo nono exaratus indole textus ad archetypum insularem cum codice Gatiano cognatissimum referendus est, alter *(mart)* Gatiani codicis admodum propinquus liber in Gallia atque in ipsa Turonensi civitate saeculo VIII vel IX ab Hibernico vel Saxonico quodam librario ornatissime scribebatur. Iam vero codex praesertim *mart* cognatissimus est codici Vallicelliano (**vall**), qui si non est ipsius Alcuini exemplar, ex ipso saltem Alcuini exemplari aliqua ex parte plane transscriptus esse doctis hominibus videtur[3].

Codex itaque Gatianus, qui inde ab Alcuini temporibus per tot saecula in Turonensi monasterio fuerat, ubi Calmeti adhuc

---

[1] S. Berger, Histoire de la Vulgate, Nancy 1893, 190 cf. xv. Cf. Albini Monumenta, Ep. 78, pag. 346.

[2] Habes selectas aliquas lectiones codicum *gat* et *mm* apud A. Calmet, Commentaire littéraire du Nouveau Testament: Les Epîtres et l'Apocalypse, Paris 1716, 210—239; P. Sabatier, Bibliorum sacrorum latinae versiones antiquae III, Remis 1743, XXXV; I. Blanchinus, Evangeliarium quadruplex I, Romae 1749, CCLXIV ss; apud Wordsworth et White, Novum Testamentum latine: Evangelia I, Oxford 1889, pag. XI, no. 6 (cod. *mm*) et pag. XIII, no. 17 (cod. *mart*) et utriusque codicis lectiones in apparatu critico passim.

[3] S. Berger l. c. 202 193 47 185—205 388 420. Utinam quispiam, id quod hoc loco longum mihi est, ea de re propria dissertatione agat!

temporibus videbatur, saeculo demum XIX aliquamdiu non iam apparebat, quoad a L. Delisle, illustrissimo viro, reperiebatur inter Domini Asburnhamensis libros ‚Librianos', quos antea scilicet Libri, famosissimus ille *βιβλιόφιλος*, nescio qua via undique congregaverat. Exinde Francogallorum rei publicae restitutus est[1]. Frustra enim callidissimus ille vir, ut codicis patriam dissimularet, litteris usus saeculi XII fallacissimis, in folii 109^{r} margine imo adscripserat:

mōsteríí ·ś· zenonís maíorís Veronae

Nam inscriptionem etiam Dominus Ashburnhamensis, cum codicem adhuc possideret, in dubium vocavit[2]. Et Delisle non solum codicis Gatiani lectiones, quas Calmet, Sabatier, Bianchini dudum publici iuris fecerant, sed etiam miram illam subscriptionem Holcundi, ipsius codicis librarii, quam ex eodem codice Gatiano anonymi monachi Benedictini (l. c.) olim descripserant[3], verbotenus in Libriano codice numero 14 insignito reperiri demonstravit. Quod vero iidem auctores anonymi asseruerant in codice Gatiano scriptum fuisse etiam de inventione reliquiarum s. Innocentis martyris legionis Thebaicae, cuius rei in codice Libriano non fit mentio — apographon Delisle in bibl. nat. cod. lat. 13070 fol. 276 invenit — dubium non est, quin Libri illud folium, in quo fortasse etiam nescio qui titulus monasterii Turonensis inscriptus erat, plane exciderit. Agitur de primo codicis folio, quod re vera deest, cum solus fasciculus (quinio) primus a reliquis codicis quinionibus ita discrepet, ut non iam decem, sed novem tantum foliis constet. Unde factum est, ut nostrae aetatis librarius, qui post Libri facinus et postquam de novo compactus

[1] L. Delisle, Notice sur les manuscrits disparus de la bibliothèque de Tours, Paris 1883, 19; Idem, Bibliothèque Nationale: Catalogue des manuscrits des fonds Libri et Barrois, Paris 1888, 7—10.

[2] Cf. Notices et extraits des manuscripts XXXI 1, 346 (Epistula quam Lord of Ashburnham d. d. 16. Iul. 1869 scripsit). Ceterum fortasse etiam $2^{1}/_{2}$ versuum notulae, quas in medio folio 109^{v} antea litteris vacante librarius quidam posterior inscripsit, ipsae quoque a Libri manu hac quidem arte peritissima additae sunt. Non omnia legere potui. His fere verbis incipiunt duo versus: **‚Santum est uerum lumen & admirabile** etc. *[sequuntur circ. 30 litterae]* | **in agone certamina recipient** etc. *[sequuntur circ. 40 litterae]*. Nescio an vocabulo ‚Santum' Italicam atque Veronensem codicis patriam, quam supra simulaverat, novo atque simplici argumento demonstrare voluerit falsarius?

[3] Nouveau traité de diplomatique III, Paris 1577, 86 et 383; denuo edidit Delisle, Catalogue des mss. des fonds Libri et Barrois, Paris 1888, 8; et optime S. Berger l. c. 47; cf. etiam infra pag. XIV et 181, 12—19.

est codex, folia in extremis marginibus sup. rect. numerulis qui dicuntur Arabicis ornavit, singula quinionum folia non numeris 1—10—20 etc., sed 1—9—19 . . . —109 signaret. Atque etiam trecentis circiter annis ante Libri tempora omnes codicis quiniones a nescio quo librario sive conglutinatore propriis ita ornabantur numerulis, ut primum illud folium, quod hodie desideratur, usque tum extitisse manifestum sit. Qui numeruli, cum pallore paene evanuerint cumque etiam, ut infra ostendam, explicationis praebeant aliquam difficultatem, non solum Libri illum, sed etiam Delisle et me ipsum primo fugerunt[1]. Sed cum nuperrime (mense Martio a. 1909) codicem iterum cum editione mea prelis iam absoluta conferrem, quinionis uniuscuiusque quina priora folia in marg. inf. rect. pallidissimis numerulis a manu saeculi XV/XVI ita ornata reperiebam, ut ipsi undecim quiniones distinguerentur litteris a b c . . . k l, quae in quinis prioribus foliis cuiusque quinionis ita inscriptae sunt, ut singula folia hastulis iuxta litteras positis numerentur, veluti in quinionis quarti foliis quinque prioribus (fol. 30—34) adscripti sunt numeri d d_i, d_{ii}, d_{iii}, d_{iiii}, = d_1 d_2 d_3 d_4 d_5 — palaeographiae periti sciunt hastulam ultimam in caudam deductam duas aequiparare hastas[2]. Cum non nisi quina priora fasciculorum (quinionum) folia ita ornata sint, numeruli quantum ego coniectura augurari possim, non tam ad numeranda folia quam ad distinguenda quinionum bifolia additi sunt. Meo itaque iudicio a manu illa saeculi XV/XVI litterulis illis a_1 — a_5, b_1 — b_5 etc. signanda erant **bifolia:** [a_1 = folium primum, quod hodie desideratur] + folium decimum, quod hodie nonum est; a_2 = fol. II + fol. IX (hodie fol. 1 + 8; [a_3] = III + VIII (hodie 2 + 7); a_4 = IV + VII (hodie 3 + 6); a_5 = V + VI (hodie 4 + 5); eundem in modum litterulae b_1—b_5 respondebant foliis XI—XX (hodie 10—19), ita ut litterula b_1 adaequaret bifolium

[1] Qua de causa factum est, ut in editionis pagina 93 in adnotatione ad Lc 1, 58 syllabam ‚fi', quae in verbo ‚magni[fi]cat' ab Holcundo omittebatur, a correctore additam crederem, cum re vera numerulus f_{iiii} = f_5 sit additus.

[2] Cum typographo meo eiusmodi hastulae finales deessent, loco caudularum commatibus utendum erat. Vidi numerulos fol. 1 et 3 et 4: a_i = a_2 et a_{iii} = a_4 et a_{iiii} = a_5 | fol. 10—14: b = b_1 et b_{ii} = b_2 et b_{iii} = b_3 et b_{iiii} = b_4 et b_{iiiii} = b_5 | item fol. 20 ad 24: c—c_{iiiii}, | fol. 30—34: d—d_{iiiii}, | fol. 40—44: e—e_{iiiii}, | fol. 50—54: f—f_{iiiii}, | fol. 60—64: g—g_{iiiii}, = g_1—g_5 | fol. 70—74: h—h_{iiiii}, | fol. 80—84: j—j_{iiiii}, fol. 90—94: k—k_{iiiii}, | utrum in fol. 100 ad 104 inscriptae sint litterulae l—l_{iiiii}, non certe scio. Nihil inveni in fol. 2, ubi ab antiqua, ut videtur, manu infra ultimam lineam inscriptae videntur litterae INH.

XI + XX (hodie 10 + 19); b_2 = 11 + 18; b_3 = 12 + 17; b_4 = 13 + 16; b_5 = 14 + 15; eundem in modum c_1 = 20 + 29; c_2 = 21 + 28; c_3 = 22 + 27; c_4 = 23 + 26; c_5 = 24 + 25; d_1 = 30 + 39; d_2 = 31 + 38; d_3 = 32 + 37; d_4 = 33 + 36; d_5 = 34 + 35; e_1 = 40 + 49; e_2 = 41 + 48; e_3 = 42 + 47; e_4 = 43 + 46; e_5 = 44 + 45; f_1 = 50 + 59; f_2 = 51 + 58; f_3 = 52 + 57; f_4 = 53 + 56; f_5 = 54 + 55; g_1 = 60 + 69; g_2 = 61 + 68; g_3 = 62 + 67; g_4 = 63 + 66; g_5 = 64 + 65; h_1 = 70 + 79; h_2 = 71 + 78; h_3 = 72 + 77; h_4 = 73 + 76; h_5 = 74 + 75; i_1 = 80 + 89; i_2 = 81 + 88; i_3 = 82 + 87; i_4 = 83 + 86; i_5 = 84 + 85; k_1 = 90 + 99; k_2 = 91 + 98; k_3 = 92 + 97; k_4 = 93 + 96; k_5 = 94 + 95; $[l_1]$ = 100 + 109; $l_{2(?)}$ = 101 + 108; $l_{3(?)}$ = 102 + 107; $l_{4(?)}$ = 103 + 106; $l_{5(?)}$ = 104 + 105. Atqui haec quidem ratio signandi vel potius distinguendi singulorum fasciculorum bifolia usui esse non potuit nisi cum codex de novo erat compingendus. Conglutinatori enim, cui non de singulis codicis foliis, sed de quinis bifoliis undecim fasciculorum ageretur, ad codicem recto ordine compingendum satis erat litterulis a b c etc. distinctos videre undecim quiniones, hastulis vero 1—5 primis uniuscuiusque bifolii paginis adscriptis singula distinguere quina bifolia. Quae cum ita sint, saeculo XV/XVI codex Gatianus de novo compactus esse videtur — fortasse ii qui alios Turonenses codices inspecturi sunt, comprobare poterunt coniecturam qua eodem tempore eadem fere ratione alios quoque monasterii s. Gatiani codices compactos esse suspicor. Quamquam codex noster illud saeculi XV/XVI tegumentum iterum amisit nostrisque temporibus — nescio an ad Libri facinus obtegendum? — iterum ac tertio compingebatur tegumentoque ligneo admodum simplici de novo indutus est. Iam vero cum in primo codicis fasciculo meis oculis in fol. 1 et 3 et 4 inscriptos viderim numeros $a_{i,}$ = a_2 et $a_{iii,}$ = a_4 et $a_{iiii,}$ = a_5 hoc iam manifestum est saeculo XV/XVI primum etiam quinionem non novem, sed decem fuisse foliorum, quorum primum postea demum excidebatur. Certissime ergo codex Libri no. 14 idem est atque codex monasterii s. Gatiani Turonensis [1].

[1] Cf. etiam S. Berger, Histoire de la Vulgate 46 s et 410. Contra perperam St. Beissel, in libro quamvis erudito, quem inscripsit ‚Geschichte der Evangelienbücher in der ersten Hälfte des Mittelalters'. Ergänzungshefte zu den Stimmen aus Maria-Laach 92—93, Freiburg i. Br. 1906, 129, quasi essent duo diversi codices, primo (ib. lin. 1—4) de codice Gatiano dicit: *Aus Tours stammt das im 8. Jahrhundert von dem Irländer*

quibus totae initiales paginae evangeliorum sec. Marcum, Lucam, Ioannem i. e. fol. 32^{v} 52^{v} 85^{v} ornatae sunt[1]. Quae picturae quanta cognatione cum praeclarissimo ornandi genere codicis Kenanensis, Lindisfarnensis, Epternacensis aliorum sacrorum librorum Hibernicorum coniunctae sint, vel homini in artis pictoriae scientia minus perito ipso intuitu primo manifestum est. Neque tandem manus secunda neve altera quaedam a secunda manu non semper certe distinguenda **(m. 2, m. alt.),** quae haud multo post Holcundum **(m. 1)** codicem corrigebant [ipse enim iam Holcundus, velut in tabula autotypica fol. 53^{r} lin. 27 conspicitur, hic illic textum emendavit] ab Hibernio-Saxonico litterarum ductu recedunt[2]. Quin etiam codicem, ex quo Holcundus evangelia transscripsit, characteribus qui dicuntur insularibus iam scriptum fuisse inde deduci potest, quod in codice Gatiano sigla �pr (= autem) et ꝫ (= enim) inter se simillima non tam saepe confunderentur[3], nisi archetypus eodem esset usus compendio ꝛ, quod librariis quidem Anglo-Hibernicis proprium fuit atque in Hibernicis quantum nos scimus codicibus saeculi VII primum invenitur[4].

Compendiis utebatur Holcundus his: b; = bus, q; = que *vel* quae, ꝛ = autem, ɔc = contra, ę = ae, ɵ = eius, ꝫ = enim, & = et, ⁊ = est, ñ = non, p̄ = per (sup̄ = super vel supra?), p̄ = prae *vel* pre, ꝑ = pro, q̄ = quam, mⁱ tⁱ = mihi tibi, q̇ = qui (q̇a = quia), q̄ = quod, -t' = -tur, deinde ¯ (lineola) non solum m

---

[1] Cf. infra pag. 2 57 91 144 adnotationes meas. Illuminatio quae ante evang. sec. Matthaeum fol. 1^{v} videtur, litteris caret. Alteram quae ante Marci evang. fol. 32^{v} exstat illuminationem Comes Ashburnhamensis iisdem usus coloribus edidit. Vidi exemplar, quod Parisiis in Bibliotheca Nationali exstat inter ‚Facsimiles'. Quibus cum ornamentis conferri possunt etiam picturae, quas edidit Westwood in libro qui inscribitur ‚Facsimiles of the miniatures and ornaments of anglo-saxon and irish manuscripts'. Cf. etiam The Palaeographical Society: Facsimiles etc. l. c. plate 55–58 88–89 (book of Kells); 3–6 22 (book of Lindisfarne), quocum mirum in modum congruit cod. Epternacensis (Paris. bibl. nat. 9389).

[2] Manus vero tertia **(m. 3),** de qua supra pag. x iam dixi, quae saeculo IX vel X pericoparum initia per totum codicem adnotavit, non iam Hibernica fuit, cum litterarum r g al. insularibus formis non iam sit usa. De qua manu cf. etiam infra § 8, pag. XXIII.

[3] Cod. gat. habet ꝫ pro ꝛ Mt 3, 4 6, 30 10, 19 22, 25. 31 alias; ꝛ pro ꝫ Mt 5, 20 7, 25 12, 37 14, 3. 24 18, 10 23, 13 alias.

[4] Cf. L. Traube, N. Archiv 26, 137 ss. (cf. Eiusdem Vorlesungen und Abhandlungen I [1909] 12), qui primum huius compendii exemplum in Antiphonario illo monasterii Bancor inter a. 680–691 scripto inveniri putavit. Videtur etiam siglum ꝛ ornate scriptum in libro evangeliorum Kenanensi. Cf. ‚The Palaeographical Society' l. c plate 58.

designat (ā ē ī ū = am em im um), sed aliis etiam superimposita est compendiis [in quibus, cum typi proprii typographo deessent, longiore aliquantum forma edidi] velut ihs̄ *(non IHC*[1]*)* = Iesus, xps̄ = Christus, ds̄ = deus, dns̄ = dominus, sps̄ = spiritus, scs̄ = sanctus, q̄m = quoniam, d̄t = dicit, s̄t = sunt, ēe = esse. — Notatu etiam digna est litterarum NT in fine verborum contignatio, quam S. Berger (l. c.) Adalbaldi postea scholae propriam fuisse animadvertit. Notandum denique syllabas quasdam productas velut a (*non vero* ab), ne, sic, tu, tus, -is (Dat. plur.). minime vero correptas syllabas, apice esse munitas. Quos apices, cum typi adeo deessent, in editione omisi. — Ante varias lectiones quas *m. 1* inter lineas addidit, saepe videtur littera l̄ (l *perlineata*) = (ue)l.

4. **Orthographia.** De rebus orthographicis, de quibus hoc loco non nisi cum delectu dicam, ad ipsam editionem remitto lectorem. Cumque Holcundus minime sibi constiterit, velut alternatim scribebat aessaias, essaias, esseias; babtiszo, baptiszo, babtizo etc., longum est varias enumerare formas, quae maximam partem cum Hibernicis codicibus consentiunt. Legitur itaque:

ae, ę *pro* e: aelimosina, aethnici, aeuangelium ęuangelium, compraehensus, quicunquae, usquae, lępra.
e *pro* ae: erugo, iudea, precepit, querebant.
e *pro* i: infideles (*pro* -is), homines (*pro* -is), cremine, lapedem, nomene, semplex, allegauerit, deffamare, demitte demissa, exquesierat, occedit.
i *pro* e: archilaus, gerasinorum, herodis, hierimiam, iohannis, adoliscens, fistuca, mercidem, pelliciam, thiloneo, procidit, cicedit, diderunt, piperit, perciperunt, diprecans, diridebant, discendo, disponsata, remitietur, miseriri, moriretur.
i *pro* ae: prignantibus.
i *vel* í *pro* ii: uarís, repudi (Mt 5, 31).
ii *pro* i: beatii, hiic (Mt 17, 4), hiis, scribiis, uentii.
ie *pro* i: eiecio, proiecio, exiebat.
i *pro* y: babilonis, hierusolima, mirram.
y *pro* i: cylicio, cynere, pylatus et pilatus.
y *pro* e: gyhennam (Mt 5, 29).
oe *pro* ae: doemonium.
ou *pro* u: innouit (gat* = ept* Io 13, 24). *Cf. infra sub* uo.

[1] Cf. L. Traube, Nomina sacra, München 1907, 5 11.

o *pro* u: colombam, moluari, peconia, paruoli, porpureus, possilli, poblicani, tonica.

u *pro* o: dubulus, herudis, mundum, sucrum, sumpno, turcular, tulle *et* tollo.

u *pro* au: cludistis.

uo *pro* u: cuontos (Lc 23,8) *et* cuntes. *Cf. supra* ou *pro* u.

uu *pro* u: cauarnaum, euuangelium *et* euangelium, pluuit.

u *pro* b (*rarissime*): locauit *pro* locabit (Mt 21, 41).

c *pro* g: dicito *pro* digito, crucificerent (Mt 27, 31), crucificatur (Mt 27, 23). Quae commutatio C : G ad archetypum maiusculum sive capitalem referenda esse videtur!

b *pro* p: babtiszo *et* baptiszo, nubtium, scribtum *et* scriptum.

ch *pro* c: chaipas, chaunaneus, chippochritae *et* hippochritae, racha, spurchitia.

ch *pro* h: habrachum, chippochritae.

cx (ncx) *pro* x: coniuncxit, plancxistis, uncxit[1].

d *pro* t: capud *et* caput.

ff *pro* f: deffuncto *et* defunctus, roffficientes, roffrigeroscol.

g *pro* qu: langor.

h *ante vocales raro omissa*: osanna, ymno.

h *ante vocalis additio*: habrachum, homanuel, hiericho, hierimias, hierusalem, habundo, harena, sub halis, holeribus.

h *inter vocales*: israhel.

l *pro* ll: nolet, soliciti *et* solliciti, tranquilitas.

ll *pro* l: candellabrum, camellus, obtullerunt.

mb: discumbitos.

m *pro* n: imfra, imfernum, imfirmitatem.

n *pro* m: menbrum, uenundari.

p *pro* b: puplicani, plasphemauerunt *et* blasphemauerunt.

p *pro* ph: pilippi, chaipas.

mpn: calumpnio, sompnis, temptator.

qu *pro* c: loquutus, sequuti, persequutio.

s *pro* ss: neusum, remisius, scisura, recessisent.

ss *pro* s: issac (Mt 8, 11), osscias, uassa, dissolationis, missericordes *et* misericordes, centissimum, sexagissimum, trigentissimum, gaussi, uisso, mussit, dimissit, possitus, essuriunt.

s *pro* z: esechiam.

[1] Cf. ea de re W. Sanday, The Latin text of the Codex Vercellensis. Studia biblica et ecclesiastica II. Oxford 1890. 316, qui etiam de reliquis rebus orthographicis conferri potest.

sz *pro* z: naszareth *et* nazareth, babtiszo *et* baptizo, angariszauerit, thesauriszare.

t *pro* th: tûs *(cum apice).*

Composita plerumque non assimilata, sed nulla certa regula: adinpletum *et* adimpletum, adpropinquauit, adsimiliabitur, adsumpsit, adtendo, ascendo, conburet, conplacui, conponentes, conpraehensos, conmesuram, inlusus, inmundos *etc.*

Notanda sunt adhuc verba: bethlem *et* bethleem, chaipas, galilae *et* galileae, gethsamini, tatheus, salamon, in siririam *etc.*, filactaria, trabs, nubs, parabula *etc.*; intellego plerumque: intelligo Mt 26, 70 Mc 7, 14 18; lactantium.

5. **Errores** ad archetypum fortasse referendi sunt hi:

u *ex* cc *(i. e. ex* a *aperte scripta):* Mc 3, 5 munus [manus *corr.*], Mc 1, 34 uexabuntur [uexabantur *corr.*], Lc 1, 66 audierunt [audierant *corr. m. 1?*], Io 2, 9 factū *pro* factā.

o *ex* e (i. e. ex e rotunda unciali): Lc 20, 26 respondore.

C *ex* G *(i. e. ex* G *maiuscula sive ex unciali sive e capitali forma):* dicito (Lc 11, 20) *pro* digito; Mt 27, 31 crucificerent; Mt 27, 23 crucificatur.

h' *et* ꝧ sigla saepissime commutata ex hibernico archetypo redundasse iam supra (pag. xv adnot. 3) monui.

Ex errore Lc 20,27 ‚negantes se' *pro* ‚negant esse' archetypum continuis litteris scriptum fuisse coniciendum est.

6. **Grammatica.** Quae ad artem grammaticam spectant, quatenus cum reliquis Sacrae Scripturae codicibus latinis communia sunt, mitto; de iis, quae codici Gatiano plus minus propria sunt, cum enumerari haud ita facile queant, ad ipsam editionem doctiores me homines remitto. Haec tantummodo adnotare liceat: fili *(Vocativ.), sed* filii dauid; trans iordanen; — exiebat, *sed* circumibat; relinquimus *(Perfect.)*; perfodiri; — Mt 3, 3 & omnis mons et collis humiliabuntur; — erant in bethleem, in caparnauum; mittens in bethleem, uenerunt in hierusolimam, intrantes in domum; Mt 3, 13 uenit in iordanen, Mt 12, 9 uenit in sinagoga, Mt 5, 20 non intrabitis in regno caelorum, Mt 8, 23 (cf. 13, 2; 14, 22) ascendente eo in nauicula; Mt 13, 22—24 in spinis, in terram bonam seminatus est, seminatus in agro suo; — Mt 5, 11 uos maledixerint; — *si recte vidi, codex usque ad fol. 47ᵛ habet* ‚unus de'; Mc 13, 1 ‚unus de' *a m. 1 in* ‚unus ex' *corrigebatur; postea plerumque legitur* ‚unus ex'; — parere *pro* adparere; in absconso, *sed* thesauro abscondito; inextinguabilis (inexstinguibis *Rönsch, Itala et Vulgata*², *Marburg 1875, 111, qui de his praecipue rebus consulendus est*).

7. Sectiones Eusebianae. Breves. Neque prologus aut praefationes vel argumenta aut capitulationes cum titulis aut capitum vel canonum omnino indices, velut in multis vulgatae recensionis libris habentur, in codice Gatiano praemittuntur, sed prout in editione edidi, codex non nisi merum evangeliorum textum exhibet. Videntur tamen in margine numeri capitum illorum et canonum, qui Eusebi nomine noti sunt[1], atque omnis etiam textus in sectiones Eusebianas ita divisus est, ut singula capita, quae numeris in margine positis respondent, quamquam non quidem a linea incipiant, trinis tamen punctis (· · · vel ·.·) litterisque initialibus non nihil grandioribus illuminatis coloribus aperte distinguantur. Quare dubium non est, quin numeros illos ipse Holcundus, codicis Gatiani librarius, cuius re vera ductum prae se ferunt, in margine posuerit, vel potius, id quod non semper accurate fecit, ex archetypo transscripserit. Atque numeros quidem sectionum atramento, numeros vero canonum minio scribebat [ut etiam hic illic in evv. textu, et imprimis in subscriptione in fine codicis minio utebatur Holcundus]. Quos numeros ego cum *Wo* ubique contuli, cuius veriores lectiones uncis inclusas addidi.

Breves. Accedunt rariores quaedam litterae ipsae quoque a prima manu minio in margine scriptae, quae Eusebianis numeris hic illic superpositae videntur. Quae litterulae latinae de Graecis procul dubio litteris transscriptae pro numeris sunt atque ad ‚brevem' illam capitulationem spectare videntur, quae integra atque titulis etiam aucta in aliis quoque Karolingicae praesertim aetatis evangeliorum codicibus invenitur[2], in quibus numerantur evangelii sec. Mt capita 28 vel 30; evangelii sec. Mc 13 vel 12; ev. sec. Lc 20; ev. sec. Io 14. Facillime enim interpretandae sunt litterae hae quidem: Mt 7, 28: litt. z = ζ = 7; Mt 11, 1: ia = ια = 11;

[1] Cf. Otto Schmid, Über verschiedene Einteilungen der Heiligen Schrift, Graz 1892, 17. Cf. etiam Lloyd (Nov. Test. ed. Ox. 1827), Burgon, (The last twelve verses of S. Marc 1871, 126 ss. 295 ss.), Zahn (Forschungen zur Geschichte des Kanons I: Tatians Diatessaron, Erlangen 1881, 32 ss.), Gregory (Proleg. in Tischendorfi Nov. Test. ed. 8 crit. maior., Lips. 1884 et 1890, 143 et 454). Qui non solum decem canones, sed etiam sectiones illas, quarum auctorem plerique Ammonium Alexandrinum habuerunt, Eusebio Caesareensi tribuunt.

[2] Qua de capitulatione egit O. Schmid l. c. 30—33 et 95. Cf. etiam Corssen, Die Trierer Ada-Handschrift (Publ. d. Gesellschaft für Rhein. Geschichtskunde VI), Leipzig 1889, 39 et tab. 9; Wordsworth-Withe, Nov. test. lat., Oxoniae 1889, 18 ss 174 ss 274 ss 492 ss; E. v. Dobschütz, Studien zur Textkritik der Vulgata *(Cod. Ingolstadiensis)*, Leipzig 1894, 22—31 35 ss.

Mt 15, 1: ie = ιε = 15; Mt 17, 1: iz = ιζ = 17; Mt 18, 1: ih = ιη = 18; Mt 21, 1: ka = κα = 21; Mt 21, 33: ib *pro* kb (?) = κβ = 22; Mt 23, 37: ke = κε = 25; Mt 26, 1: ks = κϛ = 26; Mc 1, 6: a = α = 1; Mc 1, 29: b = β = 2; Mc 6, 30: s = ϛ = 6; Mc 9, 29: h = η = 8; Lc 7, 1: s = ϛ = 6; Lc 11, 1: ia = ια = 11; Lc 11, 52: ig = ιγ = 13; Lc 18, 31: z *pro* iz = ιζ = 17; Io 1, 24: **a** = α = 1; Io 5, 1: e = ε = 5; Io 7, 14: z = ζ = 7. Sexies littera **a** legitur, ubi rectius **d** inveniretur, sed forma maiuscula litterae *Δ* facillime a graeca littera *Δ* originem ducere potuit. Quare interpretandum puto numerum Mt 4, 1 ia perperam pro *Δ* vel potius pro *Δ* = 4; Mt 23, 13: ka = *KA* pro *KΔ* = 24; Mc 3, 31: **a** = *A* pro *Δ* = 4; Lc 4, 1: a = *A* pro *Δ* = 4; Lc 14, 1: ia = *IA* pro *IΔ* = 14; Io 18, 28: a pro *IA* pro *IΔ* = 14. Ter littera **e** vel potius eius uncialis forma **ɐ** ex simillima graeca littera *θ* = 9 orta esse videtur, videlicet Mt 9, 1 et Mc 10, 32: **ɐ** pro *θ* = 9 et Lc 22, 1: ie pro *Iθ* = 19 *[id quod pag. 136 perperam omisi]*. Ter vel quater **r** locum graecae litterae *Γ* obtinet, videlicet Mt 13, 1: ir *ex IR* = *IP* pro *IΓ* = 13; Mc 2, 23: ir *ex IR* = *IP* pro simplici *Γ* = 3; Lc 3, 1: r *ex R* = *P* pro *Γ* = 3; Io 17, 1: ir *ex IR* = *IP* pro *IΓ* = 13 *(cf. infra indicem Schmidi)*. Semel (Mt 27, 27) littera **r**, cuius hibernica forma facillime ex **n** *(N)* vel **h** *(H)* depravari poterat, semel (Lc 9, 1) etiam littera k vel h' [*i. e. siglum illud* h' = autem] pro h *(H)* = η *(H)* = 8 legitur. Bis vel ter (Mc 11, 27; Lc 10, 1 cf. 19, 44) littera **s** vel potius forma longior minuscula **ſ** *[certe enim hanc formam, quae facilius cum littera minuscula* **i** *confundi poterat, ex tabulis meis photographicis apud* Mc 11, 27 et Lc 19, 44 *extare video]* pro ι *(I)* = 10 posita videtur. Ceterum permultae eiusmodi litterulae in codice nostro desiderantur, ut ex aliorum codicum comparatione perspici potest *(cf. infra Schmidi indices)*. Unde manifestum est, ex antiquissimo archetypo eoque maiusculis characteribus scripto fluxisse litteras easdemque sive incuria librariorum sive inscitia non omnes recte transscriptas magnamque partem omnino esse omissas. Quae cum ita sint, habemus in codice Gatiano, immo iam in eius archetypo, praeter sectiones Eusebianas etiam ‚brevem' illam capitulationem, quae cum evangeliorum hodierna distinctione, cuius Stephanum Langton Cantuariensem anno demum 1205 auctorem fuisse Denifle et O. Schmid demonstraverunt[1],

[1] Denifle, Die Handschriften der Bibel-Correctorien des 13. Jahrhunderts: Archiv für Litteratur und Kirchengeschichte des Mittelalters von Denifle-Ehrle IV, Freiburg 1888, 290. Otto Schmid l. c. pag. 56 ss.

tam arto cognationis vinculo coniuncta est, ut cogitari plane nequeat ad eiusmodi fontes non recurrisse Langtonem. Nostro vero codice ad antiquissimam originem (nescio an ad archetypum Graecum maiusculum?) revocatur capitulatio ‚brevis' dicta. Extant itaque in cod. Gat. marg. litterae numerales hae:

	Cod. Gat. litterae marg.		‚Breves' ap. Schmid pag. 31 ss.		
Mt	4, 1: ia *(IA) pro δ (Δ)* = 4 . .	contra	**Mt**	4, 1 =	3
„	7, 28: z = ζ = 7	item	„	7, 28 =	7
„	9, 1: e *pro ϑ (Θ)* = 9 . . .	„	„	9, 1 =	9
„	11, 1: ia = ια = 11	„	„	11, 1 =	11
„	13, 1: ir *(IR = IP) pro ιγ (ΙΓ)* = 13	„	„	13, 1 =	13
„	15, 1: ie = ιε = 15	„	„	15, 1 =	15
„	17, 1: iz = ιζ = 17	„	„	17, 1 =	17
„	18, 1: ih *(IH)* = ιη *(IH)* = 18 .	„	„	18, 1 =	18
„	21, 1: ka = κα = 21	„	„	21, 1 =	21
„	21, 33: ib *pro* kb = κβ = 22 . .	contra	„	22, 1 =	22
„	23, 13: ka *(KA) pro κδ (KΔ)* = 24	item	„	23, 13 =	24
„	23, 37: ke = κε = 25	„	„	23, 37 =	25
„	26, 1: ks = κζ = 26	„	„	26, 1 =	26
„	26, 31: *a linea incipit cod. (!)* . .	cf.	„	26, 31 =	27
„	27, 27: kr (kn, *KN*) *pro κη (KH)* = 28	item	„	27, 27 =	28
Mc	1, 6: a = α = 1	„	**Mc**	1, 6 =	1
„	1, 29: b = β = 2	„	„	1, 29 =	2
„	2, 23: ir *(IR = IP) pro γ (Γ)* = 3	„	„	2, 23 =	3
„	3, 31: a *(A) pro δ (Δ)* = 4 . .	„	„	3, 31 =	4
„	6, 30: s = ς = 6	„	„	6, 30 =	6
„	9, 29: h *(H)* = η *(H)* = 8 . .	„	„	9, 29 =	8
„	10, 32: e *pro ϑ (Θ)* = 9	„	„	10, 32 =	9
„	11, 27: f *pro ι (I)* = 10	„	„	11, 27 =	10
Lc	3, 1: r *(R = P) pro γ (Γ)* = 3 .	„	**Lc**	3, 1 =	3
„	4, 1: a *(A) pro δ (Δ)* = 4 . .	„	„	4, 1 =	4
„	7, 1: s = ς = 6	„	„	7, 1 =	6
„	9, 1: k *vel* hr = h *(H)* = η *(H)* = 8	„	„	9, 1 =	8
„	10, 1: s *fort. ex* f *pro ι* = 10 *(cf. Mc 11, 27)*	„	„	10, 1 =	10
„	11, 1: ia = ια = 11	„	„	11, 1 =	11
„	11, 52: ig = ιγ = 13	contra	„	11, 52 =	12
„	14, 1: ia *(IA) pro ιδ (IΔ)* = 14 .	item	„	14, 1 =	14
„	18, 31: iz = ιζ = 17	„	„	18, 31 =	17
„	19, 44: f *fort. ex* i *pro* ih = 18 (?)	contra	„	20, 20 =	18
„	22, 1: ie *pro ιϑ (IΘ)* = 19 . . .	cf.	„	22, 2 =	19

Cod. Gat. litterae marg.		‚Breves' ap. Schmid pag. 31 ss.	
Io 1. 24: a = α = 1	contra	Io 1, 10 = 1	
„ 5. 1: e = ε = 5	„	„ 4, 54 = 5	
„ 7. 14: z = ζ = 7	„	„ 7, 1 = 7	
„ 17, 1: ir *(IR = IP) pro* ιγ *(IΓ)* = 13	item	„ 17, 1 = 13	
„ 18, 28: a *(Λ) pro* ιδ *(IΔ)* = 14 .	„	„ 18, 28 = 14	
„ 20. 26: ie = ιε = 15	deest	ap. Schmid.	

8. **Pericopae.** Restat ut de pericopis pauca dicam, in quas manus tertia, quae non iam fuit Hibernica, saeculo ut videtur X, quattuor evangelia divisit. Quae manus litteris usa minutioribus, supra lineas passim superscripsit: ‚in illo t(empore) dix(it) ihs prbl (= parabolam)' *vel simpliciter* ‚in illo dix(it)' *vel plerumque non nisi* ‚in illo' *vel similiter*. Quae quidem additamenta in editione omisi. De dominicis tamen vel feriis vel festis diebus, quibus legendae sint pericopae, nihil adnotatum est. Neque tamen dubium est, quin ecclesia vel monasterium, cui codex hic Gatianus saeculo fere X pro lectionario erat, si non eundem, at certe admodum similem ‚ordinem comicum' sive ‚comitem' quem vocant, servaverit, quem sequitur codex ille Lindisfarnensis et codex s. Burchardi Wirceburgensis, quem quidem ordinem G. Morin ostendit esse Nordanhymbrio-Neapolitanum[1]. Illam vero ecclesiam vel illud monasterium civitatis fuisse Turonensis ea re minime redarguitur, cum ipse quoque Alcuinus, monasterii s. Martini Turonensis quondam abbas illustrissimus, natione fuerit Nordanhymbricus.

Ipsa pericoparum initia, cum Parisiis tempus deesset, domi de tabulis meis photographicis ut potui descripsi. Quare si hic illic aliquam fortasse pericopam omisi, ii quorum interest, benigne emendent. Sunt itaque pericoparum initia haec:

Mt 1, 18: in illo . . .; **2,** 1: in illo . . .; **2,** 13: in illo . . .; **2,** 19: in illo . . .; **4,** 1: in illo . . .; **4,** 18: in illo . . .; **5,** 1: in illo . . .; **5,** 20: in illo . . . dixit ihs disc(ipulis); **5,** 43: in illo . . . dixit [in illo tempore dixit ihs discipulis suis *m. alt.*]; **6,** 16: in illo dix(it); **6,** 24: in illo dix(it); *Similiter* **7,** 1. 7. 15; **8,** 1. 5. 14. 23. 28; **9,** 1. 9. 18. 35; **10,** 16. 23. 26. 34. 37; **11,** 2; **12,** 9. 38. 46; **13,** 24: in illo dix(it) prbl . . .; **13,** 44; **14,** 15. 22; **15,** 1. 21. 29. 32; **16,** 13. 24; **17,** 1. 18; **18,** 1. 15: in il(lo) Respiciens ihs disc(ipu)los s(uos)

[1] Dom G. Morin, Revue Bénédictine X (1893) 113 ss. Cf. etiam Dom John Chapman, Notes on the early History of the Vulgata Gospels, Oxford 1908, 52 ss.

dx symoni petro· **18,** 23: ī il(lo) dix(it) ihs dscl prbl· Simile . . .; **19,** 3. 16. 27: ī il(lo) ascendens q(u)id(am) ad ihm ait illi: **20,** 1. 17. 29; **21,** 1. 10. 33; **22,** 2. 15. 23. 34; **23,** 1. 34: ī ill(o) dix(it) ihs ad t(ur)bas . . .; **24,** 1. 3. 42. 45; **25,** 1: In ill(o) t(empore) dix(it) prb . . .; **25,** 14. 31; **26,** 2; **28,** 1. 16.

Mc 1, 16: In ill(o) t(empore). . .; **1,** 40; **2,** 1. 13. 15; **3,** 1. 31; **4,** 3. 24. 30. 35; **5.** 1: In il(lo) t(empore): uenit ihs & disc(i)p(uli) ei(us) . . .; **5,** 2. 21: In il(lo) t(empore) [*ante* cum transcendisset] . . .; **5,** 21: ī ill(o) [*ante* conuenit turba] . . .; **6,** 1. 6. 17. 32. 34. 47; **7.** 24. 31; **8,** 1. 11. 15. 27. 34 (Si quis vult); **9,** 1. 16; **10,** 17; **11,** 1. 11. 15 (cum introisset); **11,** 27 (cum ambularet); **12,** 28; **13,** 1. 9; **14,** 1; **16,** 1. 14.

Lc 1, 5. 26. 39. 57; **2,** 15 (pastores . . .). 21. 33. 42; **3,** 1; **4,** 14. 23: in illo dixer(unt) displ ad ihm quanta audiuimus . . . **4,** 38; **5,** 1. 12. 17. 27; **6,** 17. 36. 43; **7,** 36; **8,** 4. 22. 41; **9,** 1. 12 (accedentes). 23. 37; **10,** 16. 21. 23 (beati oculi). 38 (intrauit); **11,** 5. 14. 33. 47; **12,** 13. 22. 35; **13,** 6. 22; **14,** 1. 7. 16. 26; **15,** 1. 11; **16,** 1. 19; **17,** 11; **18,** 9. 31; **19,** 1. 12. 29. 41; **20,** 1; **21,** 14. 25; **22,** 1; **24,** 1. 13. 36.

Io 1, 29. 35; **2,** 1. 13; **3,** 1. 16. 27; **4,** 6. 46 (Erat quidam); **5,** 1. 17. 30; **6,** 1. 5. 27. 37. 44. 51. 54; **7,** 1. 14. 32 (misserunt); **8,** 1. 12. 21. 30. 46; **9,** 1; **10,** 1. 14; **11,** 1. 47; **12,** 1. 24; **13,** 1. 33; **14,** 1. 15. 23; **15,** 7. 12. 17. 26; **16,** 5. 16. 23; **17,** 1. 11 (ī il(lo) respiciens ihs discipulos suos dixit Pater . . .); **18,** 1; **20,** 1. 11. 19; **21,** 1: ī ill(o) [*ante* tranfretauit sé] iterum [*ante* ihs] . . .; **21,** 15: in ill(o) [*ante* Dicit] ihs [*ante* simoni petro] . . .; **21,** 19: ī ill(o) [*ante* dixit] ihs petro [*ante* sequere me].

II. DE EUANGELII GATIANI INDOLE CRITICA.

Codex Gatianus latinam evangeliorum versionem exhibet, quae cum versione Vulgata, quantum de ea constat inter homines doctos, maiorem quidem partem concordat: insunt tamen lectiones eaeque non paucae, quae cum vetustissimis quibusdam evangeliorum codicibus *(codd. e k!)* atque cum locis a scriptoribus Antehieronymianis *(Tert Cypr Lucif Hilar al.)* laudatis conveniunt; neque desunt lectiones singulares. Quare, ut de vera codicis indole atque auctoritate iudicium ferri possit, imprimis quaerendum est, qui factum sit, ut textus tam mirum in modum commisceretur. De codice enim agitur, qui non solum aetate Antealcuiniana excellit, sed qui etiam inter illustrissimos evangeliorum libros Hibernicos *(r ar ken lich rush mm ept*[1] *al.)*, quibuscum arta cognatione coniungitur, non ultimo loco est habendus, cum haud raro antiquiora quaedam textus vestigia servaverit, quibus nescio an demonstrari possit, undenam reliquorum quoque eiusdem cognationis codicum Hibernicorum genuina indoles sit repetunda.

1. **Cognatio Hibernica.** S. Berger, qui non solum de Vulgatae recensionibus a Theodulfo et ab Alcuino institutis luculentissime egit, sed qui etiam vetustiores Vulgatae codices prudentissime descripsit, e numero codicum sive ante sive praeter doctas illas saeculi Karolini editiones exaratorum duas praecipue sui iuris familias segregavit, Hispanicam videlicet et Hibernicam[1]. Quas quidem duas recensiones Wordsworth et White[2] una cum Gallicis codicibus *(big benev g_1)* uno titulo ‚codicum secundae classis' complexi sunt. ‚Primae vero classis' nominaverunt codices Italo-Nordanhymbricos *(am lind al.)*, Cantuarienses *(ox cant)*, Italicos *(for med perus)*, Capuano-Fuldensem *(fuld)*, Lucullano-Epternacensem *(ept*)*, Harleianum *(harl)*. Quae cum ita sint, codex hic Gatianus indolem prae se fert Hibernicam. Neque enim palaeographico tantum litterarum ductu aut genere ornandi initiales litteras totasque paginas Hibernicus est, neque solum Holcundus librarius, qui saeculo VIII in Hiberniae vel Nordanhymbriae quodam monasterio scripsit codicem, Hibernica nitebatur orthographia (cf. supra pag. xvii sq), sed ipsae tot lectiones, quibus codex a recensione Nordanhymbrio-

[1] S. Berger, Histoire de la Vulgate (1893) 9 ss (Bibles Espagnoles); 29 ss (Textes Irlandais etc.).

[2] Wordsworth-White, Novum Testamentum latine. Epilogus (1898) 705 ss 713—719.

Italica et ab Hispanica recedit, in aliis quoque codicibus Hibernicis leguntur. Exempli causa conferas:

Io 1, 47: ἀληθῶς *habent Graeci omnes,* ‚vere' *a b c e f ff*$_2$ *l* δ *Ambros Ambrosiast Tichon Hier am cant*[1] *ept* lind vg Wo,* ‚verus' *q Iren:* ‚vir' *exhibet codex gat cum solis codicibus Hibernicis ar cant*[2] *ept*[1] *mm rush, atque etiam cod. r habet* ‚homo vero'.

Id quod longum est omnibus probare exemplis, cum inter XXIX codices in Wordsworthiano apparatu laudatos codex hic Gatianus, quem rarissime usurpavit Wordsworth, adeo cum Hibernicis codicibus *ken lich rush ar mm ept*[1] *etc.* faciat, ut e communi archetypo originem duxisse manifestum sit. Immo etiam lectiones quas *m. 1* et *m. 2* correxerunt vel addiderunt, cum codicibus *ar ken lich rush* plerumque consentiunt, ut in critico apparatu quo ipse editionem hanc instruxi, toties demonstravi[1]. Unde in schola quadam Hibernica non solum scriptum, sed etiam correctum esse codicem apparet.

2. **Strues Antehieronymiana atque Africana.** Cum s. Hieronymus quattuor evangelia non tam denuo verterit quam ‚novum opus' ‚ex veteri' fecerit, ita ut textum latinum antiquum illis temporibus usitatiorem ad fidem optimorum quos haberet codicum Graecorum revocaret[2], mirum non est quod codex hic Gatianus etiam cum antiquis quibusdam codicibus Antehieronymianis plus minus consentiat. Atque quod Hortius[3] codices Antehieronymianos in tres familias dividebat, scil. Africanam codicum *k e*; Italicam codd. *f al.*; Europaeam codd. *a b al.*: primo quidem intuitu codex *gat* proxime videtur accedere ad codicem *f* Brixianum illum argenteum. Sed cum codex *f* inter antiquos evangeliorum codices Vulgatae recensionis longe cognatissimus sit[4], sive, ut non-

[1] Cum G. Hoberg vir illustrissimus et magister meus mihi suaderet, ut variis quibusdam lectionibus editionem instruerem, in evangelio secundum Matthaeum omnes eas lectiones, quas in *cod. gat* a *m. 1* vel. *m. 2* correctas inveni, cum antiquis codicibus latinis et cum editione Wordsworthiana contuli. Postea, ut nimiis sumptibus parcerem, rariores tantum lectiones elegi.

[2] Cf. S. Hieronymi ep. ad Damasum papam, quae in Vulgatae evangeliorum editionibus praemitti solet.

[3] Westcott-Hort, The New Testament in Greek II 78 ss.

[4] Cf. Wordsworth-White (Novum Testamentum latine VIII 666 sq) qui eadem de causa textum codicis *f* in evangeliorum editione sua adiunxerunt. Cf. etiam F. C. Burkitt, The old Latin and the Itala: Texts and Studies IV 3 (1896) 56 55; H. J. White, Old Latin Biblical Texts III (1888) XXI. Aliter F. C. Burkitt, Journ. Theol. Studies I 129 ss et W. Streitberg, Die gothische Bibel. Germanische Bibliothek III 1, 2. Abt.

nulli censent, quia Hieronymianis iam lectionibus magnam partem intermixtus est, sive, ut plerisque videtur, quia textus a s. Hieronymo emendatus ad eandem codicis *f* familiam Italicam referendus est, diiudicari vix potest, utrum codex *gat* lectiones cum cod. *f* communes ex eadem antiqua codicum familia Italica an ex ipsis susceperit Hieronymianis codicibus, a quibus pendere eum infra demonstrandum erit. Qua de causa maioris mihi esse momenti videntur aliae lectiones etsi rariores, quae codici *gat* cum testibus ‚Africanis' sunt communes et quae hic illic etiam versione illa antiquissima Syriaca codicis Syri illius rescripti Sinaitici *(syrsin)* et codicis Curetoniani *(syrcur)* mire confirmantur (Mt 4, 17!). Immo diutius perscrutanti mihi non solum singulae eiusmodi lectiones textui immixtae, sed genuina prorsus strues antiquissima pro fundamento codici subesse videbatur. Quam struem affinem esse ‚Africanae evangeliorum versionis' quae a Hortio vocabatur, quae quidem apud Africanae ecclesiae scriptores, apud Tertullianum Cyprianum alios in usu erat quaeque codicibus etiam *k* et *e*, Bobbiensi videlicet et Palatino saec. IV—V traditur, his fere locis demonstratur:

Mt 4, 17: penitentiam agite *om. gat* k [cod. e hiat] syrsin syrcur Klem Alex. Euseb Orig ... add. gat¹ = rell. Cf. Burkitt, Texts and Studies V 5 pag. XIV; Merx, Die vier kanonischen Evangelien nach ihrem ältesten bekannten Texte II 1 Matthaeus, Berlin 1902, 59.*

Mt 6, 13: et ne patiaris nos induci in temptationem, *quae lectio etiam in g_2 ar mull rush eiusdem stirpis codicibus Hibernicis occurrit, verbotenus legitur apud Cypr de dom. or. 7; item ap. Arnob (?) de deo trino, ap. Ambros de sacram. l. 5 6; cf. etiam Aug sermo 121 al.; similiter in codice k:* et ne passus fueris induci nos in temptationem = *Cypr l. c. cod. V! [cod. e hiat]; primus vero auctor lectionis fuit Tert. de or. 8:* Ne nos inducas in temptationem, id est, ne nos patiaris induci ab eo utique qui temptat: *cf. de fuga 2:* Ne nos inducas in temptationem ... id est, ne nos induxeris in temptationem permittendo nos maligno.

Lc 1, 11: altaris supplicationis = θυμιάματος *solis codicibus gat et e traditur; alias* θυμίαμα = supplicamentum *apud solum Tert adv. Iud. 5 et in ep. Barnabae vers. lat. cap. 2, 5 (= Is 1, 13) invenitur; cf. Apul met. 11, 20. Cf. opusculum meum ‚Die Versio latina des Barnabasbriefes und ihr Verhältnis zur altlateinischen Bibel, Freiburg 1908,* L *sq.*

Heidelberg 1908, XLII ss. Qui codicem *f* apographon esse ducunt archetypi bilinguis Latino-Ostrogothici, cuius textus latinus non solum ad recensionem Vulgatam, sed etiam ad versionem Gothicam emendatus esse videatur.

Io 19, 42: propter cena pura *gat,* propter cona purā *e,* propter para sceven *pler. Cf. etiam infra pag. 178 adnot.*

Longum est praecipuas quasque enumerare eiusmodi lectiones. Hoc enim dubium iam non est, quin lectio Lc 1, 11: ‚altaris supplicationis' in aliis quoque Vulgatae versionis codicibus servata esset, si s. Hieronymus intactam reliquisset. Qui tamen procul dubio apud Lc 1, 11 scripsit ‚altaris incensi'; neque ulli umquam librario vel docto homini in mentem venisset lectionem ‚altaris incensi' emendare in ‚altaris supplicationis'! Immo et hae et reliquae lectiones Antehieronymianae antiquitus textui inerant. Id quod etiam in reliquis eiusdem cognationis libris Hibernicis *ar ken lich mull rush* g_2 *mm al.* diiudicandis summi esse momenti nemo non videt. Non me fugit Wordsworthi et Whitei sententia (pag. 714 et XXXVI), qua hanc codicum familiam e Graeca illa Ferrari recensione in ipsa Hibernia correctam esse existimarunt, cum Ioh. Lupton alii ad versionem potius vet. Latinam emendatam eam esse conicerent. De Graeca quadam emendatione Posthieronymiana ecquidem non contendam. Strues vero Africana non ex emendatione, sed ex genuina cognatione repetunda mihi esse videtur.

Neque tamen antiquissimam illam struem Africanam meram habemus in codice Gatiano neque integram. Neque enim ex ipso genuino exemplari Africano transscriptus est hic textus, sed inde ab Africanae versionis exordio usque ad Gatiani codicis aetatem toties textus transscribebatur et corrigebatur et mutabatur, tot etiam exemplaria intermedia alio fortasse atque alio transferebantur, usquedum ad Hieronymi tandem exemplaria emendarentur atque ultimos tot discriminum haeredes relinquerent codices, quos adhuc habemus Hibernicos Gatianum Armachanum Kenanensem Lichtfieldensem Mullingensem Rushworthianum alios, inter quos Gatianus codex is esse videtur, qui antiquitatis vestigia fidelissime servaverit. Reliqui enim codices, qui originem Africanam minus aperte ostendunt, lectionibus recentioribus etiam magis intermixti sunt quam codex Gatianus.

De his emendationibus, quantum ad Vulgatae textum spectent, postea disseram. Sed iam anteriore aetate non solum in Africae et Italiae et Europae omnino regionibus, quarum testes nobis sunt ss. Augustinus Hieronymus alii, sed etiam in insulis et in Hibernicis monasteriis, quae in Gallia in Germania in Helvetia in Italia fuerunt, sacri codices inter se admodum discrepabant. Id quod adhuc demonstratur locis s. scripturae a patribus laudatis et reliquiis vetustorum librorum, qui in tanta temporum iniquitate

et longitudine aetatem tulerunt. Qua de causa iam ante S. Hieronymum et antequam versio Hieronymiana in insulas transveheretur, antiquiores illi codices, qui fuerunt Evangelii S. Gatiani et reliquorum Hibernicorum codicum antecessores — qui omnes fere perierunt —, sive in ipsis monasteriis Hibernicis, sive iam antea in Europae vel Africae scholis varie emendabantur et intermiscebantur. Neque enim dubium est, quin inde ab antiquissimis temporibus in saeculi III IV V etc. ecclesiis et scholis Africanis Italicis Europaeis, et item inde a saeculo V in ecclesiis et monasteriis insularibus exemplaria diversarum recensionum circumlata sint. Qui diversi generis codices, quamquam in sacris peragendis necesse erat, ut clerici et monachi lectionibus unisonis studerent, tamen hominibus doctioribus, qui novos libros scriberent sive transscribendos transscriptosve corrigerent atque emendarent, praesto ubique erant.

In eis igitur versionum sacrarum latinarum condicionibus fieri vix potuit, ut codex cum altero codice consentiret. Sed certae saltem fuerunt recensiones certaeque textus familiae, quae ex eisdem exemplaribus archetypis et in eadem patria vel schola transscriptae et ad propinquos codices emendatae erant. Utrum in ipsis insulis usitatiores sacri codices unius an diversarum familiarum antiquitus fuerint, nescio. Strues quidem Antehieronymiana, quae in codice Gatiano et in reliquis eiusdem indolis codicibus Hibernicis reperitur, cum codice Antehieronymiano Dublinensi *r*, quem Abbott edidit Usserique nomine appellavit, mox concordat mox discrepat. Ea de re facillime ipse poteris existimare, si codicem Gatianum cum Abbotti editione codicum *r* et *am* ita contuleris, ut eis praesertim lectionibus inhaereas, quibus *gat* et *r* ab *am* (i. e. a Vulgatae textu) recedant. Ceterum etiam spicilegium lectionum infra adire licebit.

Ut omnia typis mandarem, fieri non potuit. In ephemeride aliqua vernacula fusius eis de rebus tractabo. In his prolegomenis aliquos saltem locos veterum codicum parallelos ante oculos ponere liceat, in quibus ea, quae cum *gat* consentiunt aut dissentiunt, iisdem aut diversis typis expressi. Lectiones clariores et singulares pinguioribus litteris reddidi. Ea, quae antiquioribus codicibus cum codice *gat* communia sunt, litteris impressi directis; quae discrepant, cursivis (italicis) typis impressi; verba transposita lineola ornavi. Unde perspiciendum erit haud ita tanti fuisse laboris codicem veterem velut *b* aut *f* aut *r* aut etiam *e* antiquissimum emendare ad recensionem novissimam Hieronymianam atque Vulgatam:

cod. k:	cod. e:	cod. b:
13[8] alia **autem** caeciderunt	13[8] alia **autem** caeciderunt	13[8] Alia *uero* ceciderunt
in bonam terram ·	in terram bonam	in terram bonam
et **dabunt** fructum	et **dabunt** fructum	et da*bant* fructum
aliut cen*tum* ·	aliut *cum* centensimum	*quaedam* centensimum
aliut sexa*ginta* ·	aliut *cum* sexsacensimum	aliud sexagensimum
aliut tri*ginta*	aliut *uero cum* tricensimum	aliut *uero* tricensimum
[9] qui habet aures audiat	[9] qui habet aures audiat ·	[9] qui habet aures audiendi audiat
[10] et acces*serunt*	[10] Et audientes	[10] et accedentes
discipuli *et a*i*unt* ei	*eum* discipuli Dixerunt	discipuli *eius* dixerunt e
quare in *similitudinibus* ·	quare in parabolis	quare in parabolis
loqueris *eos* ·	loqueris eis ·	loqueris *ad eos*
[11] *ille autem* respo*ndit et dixit* ·	[11] *Et* respondens *dixit* illis	[11] *at ipse* respondens ait illis
qu*i* uobis datum est	*quoniam* uobis datum est	quia uobis datum est
cognoscere sacramentum	*scire* myster*ia* regni	nosse misteria regni
regni · illis autem	illis autem	illis autem
non est datum	non est datum	non est datum
[12] qui enim habetur *(sic) illi* et abundabit	[12] qui enim habet	[12] qui enim habet
	dabitur *illi* et abundabit ·	dabitur ei et abundabit
qui autem non habet	qui autem non habet	qui autem non habet
et quod habet	*et* quod habet	*et* quod habet
autferetur ab eo	auferetur *ei* ·	auferetur ab eo
[13] *propterea* in *similitudinibus* ·	[13] ideo in parabolis *illis loquor*	[13] ideo in parabolis loquor *illis*
loquor *illis ut* uidentes	*ut* uidentes non uide*ant*	*ut* uidentes non uide*ant*
non uide*ant* et audientes	et audientes non audi*ant*	et audientes audi*ant*
non audi*ant et non*	*ne* intelleg*ant*	*et non* intellegant
intelleg*ant ne forte conuertantur*	*ne quando conuertant se* ·	*ne quando conuertantur*
[14] *et tunc* imple*bitur super eos*	[14] *et tunc re*ple*bitur* in eis	[14] *et tunc in illis*
profe*tatio* eseiae dice*ns* ·	prophitia eseiae dicen*tes*	*sermo* prophetae dicentis
	Uade et dic populo huic	*Uade et dic populo hui*
	auditu audietis et non	*aure* audietis et non
	intelleg*itis* et uidentes	intellegetis et uidentes
	uidebitis et non uidebitis ·	uidebitis et non uidebitis
	[15] ingrassatum *est* enim	[15] ingrassatum *est* enim
	cor populi huius	cor populi huius

cod. f:	cod. gat*:	Wo:
13[8] alia *uero* caeciderunt	13[8] alia **autem** ciciderunt	13[8] alia *uero* ceciderunt
in terram bonam	in terram bonam	in terram bonam
et d*abant* fructum	et **dabunt** fructum	et d*abant* fructum
aliud centesimum	aliud centissimum	aliud centesimum
aliud sexagesimum	aliud sexagissimum	aliud sexagesimum
aliud tric*es*imum	aliud trigentissimum	aliud tric*es*imum
[9] qui habet aures audi-	[9] qui habet aures audi-	[9] qui habet aures audien-
endi audiat	endi audiat	di audiat
[10] et accedentes	[10] et accidentes	[10] Et accedentes
discipuli *eius* dixerunt	discipuli dixerunt ei	discipuli dixerunt ei
ei		
quare in parabolis	quare in parabulis	quare in parabolis
loqueris eis.	loqueris eis	loqueris eis?
[11] *ad ille* respondens ait	[11] qui respondens ait illis	[11] qui respondens ait illis
illis		
quia uobis datum est	quia uobis datum est	quia uobis datum est
nosse mysterium regni	nosse misterium regni	nosse mysteria regni
caelorum · illis autem	caelorum illis autem	caelorum illis autem
non est datum	non datum est	non est datum
[12] qui enim habet	[12] qui enim habet	[12] Qui enim habet
dabitur ei · et abundabit ·	dabitur ei et abunda*bit	dabitur ei et abundabit
qui autem non habet ·	Qui autem non habet	qui autem non habet
et quod habet	etiam quod habet	*et* quod habet
auferetur ab eo ·	auferetur ab eo	auferetur ab eo
[13] *propterea* in parabolis	[13] Ideo in parabulis loquor	[13] Ideo in parabolis loquor
loquor eis ·	eis	eis
quia uidentes non uident	quia uidentes non uident	quia uidentes non uident
et audientes non audiunt	et audientes non audiunt	et audientes non audiunt
neque intellegunt ·	neque intellegunt	neque intellegunt
[14] *et* adimpleretur in eis	[14] ut adinpleretur in eis	[14] ut adimpleretur eis
prophetia esaiae dicentis	prophetia esaiae dicentis	prophetia esaiae di*cens*
		auditu audietis et non
auditu audietis · et non	auditu audietis et non	intellegetis et uidentes
intellegetis · et uidentes	intellegetis et uidentes	
uidebitis · et non uide-	uidebitis et non uide-	uidebitis et non uidebitis
bitis ·	bitis	
[15] incrassatum est enim	[15] incrassatum [est] enim	[15] incrassatum *est* enim
cor populi huius ·	cor populi huius	cor populi huius

cod. k:	cod. e:	cod. b:
	et auribus grauiter audierunt	et auribus *suis* grauiter audierun
		et oculos suos *grauabe rum*
		ne quando oculis uidean
		et auribus audiant
		et corde intellegant
		et conuertantur
		et sanem eos
in crassa		Inrcrassatum est enim
cor pori *(sic)* huius ·		cor populi huius
et auricula peius obtura		*et aures eorum obstrue*
et oculis *eorum grauia*	et oculos *eorum ingraua*	et oculos *eorum graua*
ne forte conuertantur ·	*ne conuertant se*	*ne quando conuertantu*
	et sanem eos	et sanem *illos dicit de minu*
16 uestri autem *felices* oculi	16 Uestrae autem beatae aures	16 uestri autem beati ocul
quoniam uident	et oculi uestri	qui uident
et aures uestrae	*qui* uident	et aures
quoniam *audiunt*		*qui* au*diunt*
17 amen *enim* dico uobis	17 amen dico uobis	17 amen dico uobis
quoniam multi profetae et iusti	*quoniam* multi prophetae et iusti	*quod* multi propheta et iust
*con*cupierunt uidere quae uidetis	cupierunt uidere quae uidetis	cupierunt uidere qua uid*isti*
et non audierunt ·		et non uiderunt
et audire quae audi*stis* ·	et audire quae auditis	et audire quae *uos* au di*sti*
et non uiderunt	et non audierunt	et non audierunt
18 uos ergo audite	18 Uos *autem* audite	18 uos ergo audite
similitudinem eius ·	parabol*as* seminantis	parabolam seminanti
qui seminat etc ·	etc ·	etc

Mc 12, 38—40; 13, 2—3

cod. k:	cod. e:	cod. b:
12^{38} et *in* docen*do* dicebat	12^{38} et in doctrina *do*cebat	12^{38} *Ad ille docens* dicebat ei
cauite ab scribit	cauete ab scribis	*uid*ete a scribis
qui uolunt in stolis	qui uolunt in stolis	qui uolunt ambulare
ambulare et salutari in foro	ambulare et salut*ationes* in foro ·	in stolis et salutari in foro,

cod. f:	cod. gat*:	Wo:
et auribus grauiter audierunt ·	et auribus grauiter audierunt	et auribus grauiter audierunt
et oculos suos cluserunt ·	et oculos suos cluserunt	et oculos suos cluserunt
nequando oculis uideant	nequando oculis uideant	ne quando oculis uideant
et auribus audiant ·	et auribus audiant	et auribus audiant
et corde intellegant ·	et corde intellegant	et corde intellegant
et conuertantur ·	et conuertantur	et conuertantur
et sanem eos ·	et sanem eos ·	et sanem eos.
[16] uestri autem beati oculi	[16] Uestri autem beatii oculi	[16] Uestri autem beati oculi
quia uident ·	quia uident	quia uident
et aures uestrae	et aures uestrae	et aures uestrae
quia audi*unt* ·	quia audierunt (audi*unt* *gat*[1])	quia audi*unt*
[17] amen dico uobis ·	[17] amen quippe dico uobis	[17] amen quippe dico uobis
quia multi prophetae et iusti ·	quia multi prophetae et iusti	quia multi prophetae et iusti
cupierunt uidere quae uos uidetis ·	cupierunt uidere quae uos uidetis	cupierunt uidere quae uidetis
et non uiderunt	et non uiderunt	et non uiderunt
et audire quae *uos* auditis ·	et audire quae auditis	et audire quae auditis
et non audierunt ·	et non au[die]runt ·	et non audierunt
[18] uos ergo · audite parabolam	[18] Uos ergo audite parabulam	[18] uos ergo audite parabolam
seminantis · etc ·	seminantis etc ·	seminantis etc.

Mc 12, 38—40; 13, 2—3.

cod. r:	cod. gat:	Wo:
12[38] *ad ille docens* dic [* *]	12[38] Et dicebat eis in doctrina	12[38] Et dicebat eis in doctrina
*uide*te a scribis	sua cauete a scribiis	sua cauete a scribis qui
qui uolunt in stolis	qui uolunt in stolis	uolunt in stolis ambulare et salutari
a[m]bulare et salutari	ambulare et salutari	in foro
in foro	in foro	

cod. k:

39 et *sessionem* prima*m*
locum ·

40 qui *comedunt* ·
domo uiduarum
ista faciunt in excusa-
tione
longa · hi accipient
abinundantius iudicium ·
13 2 et respondens hī*s* *dicit*
illis
non uide*tis* *omnia* · *illa*
magna
amen dico uobis quia
non relinquen*tur* · *in*
templo
qui non resoluatur · *et*
post
triduum alium ut exci-
tabitur
sine manibus ·
3 et cum sederet
in montem *eleō*
contra templum
interrogab*ant* illum se-
creto
petrus et iacobus
et iohannes et andreas

cod. e:

39 et *sessionem* prima*m*
in synagogis *et in*
recumbendo in cenis
primum locum
40 qui *comedunt*
domus uiduarum ·
et occansione longa
adorantes
hi accipient
abu[* * *
13 2 *] *Tem dixit* illis

uide*tis* *ista* magna *et* aedi-
ficia uestra amen amen
dico uobis quia
non relinquetur
in templo lapis super
lapidem qui non
*dissolu*atur *et post*
triduo alius excitabitur

sine manibus ·
3 Et cum sederet
in montem oliuarum
contra templum
interroga[* * *

cod. b:

39 et in primis cathedris
sedere in synagogis
et primos discubitus
in *conuiuiis,*
40 qui deuorant panem
uiduarum *et pupillorum*
sub optentu prolixae
orationis
omnes isti accipient
prolixius iudicium ·
13 2 Et respondens ait illi*s*

nonne uide*tis* *omnia* haec
magna
aed*ificia? amen dico uobis*
quia non relinquetur *hic*
lapis
super lapidem
qui non destruatur,
et in triduo aliud resus-
citetur
sine manibus ·
3 Et cum sederet
in montem oliu*eti*
contra templum
interrogabant eum se-
orsum
petrus et iacobus
et iohannes et andreas ·

Lc 1, 1—12.

cod. e:

incipit
cata lucan
1 1 · · iam quidem
multi *temptauerunt*
disponere narrationem
de his re*bus* quae
*im*pletae sunt in nobis
2 sicut tradiderunt nobis
qui a *principio*
contemplatores
et ministri fuerunt

cod. b:

1 1 Quoniam quidem
multi conati sunt
ordinare narrationem
rerum quae in nobis
completae sunt
2 sicunt tradiderunt nobis
qui ab initio
ipsi uiderunt
et ministri fuerunt

cod. f:

1 1 Quoniam quidem
multi conati sunt
ordinare narrationem
rerum quae in nobis
completae sunt ·
2 sicut tradiderunt nobis
qui ab initio
ipsi uiderunt ·
et ministri fuerunt

cod. r:	cod. gat:	Wo:
[*] et in pri[*] cathedris	[39] et in primis cathedris	[39] et in primis cathedris
sedere in synagogi [*]	sedere in sinagogis	sedere in synagogis et
[*]mos discubitus	et primos discumbitus	primos discubitus
in *conuiuiis*	in cenis	in caenis ·
[40] qui deu[*]nt domus	[40] Qui deuorant domos	[40] Qui deuorant domos
uiduarum *et pupillorum*	uiduarum sub obtentu	uiduarum sub obtentu
[*] ansione longa	prolixae orationis	prolixae orationis
orantes		
isti accepi[*]	hii accipient	hi accipient
[*]ius iudicium ·	prolixius iudicium	prolixius iudicium
[13,2] et respondens[*] [*] illis	[13,2] et respondens ihs ait illi	[13,2] et respondens iesus ait
		illi
omne uid·*tis* haec magna	uide has magnas edifi-	uides has omnes magnas
	cationes	aedificationes?
[*]*dificia amen dico uobis*		
quia non [*]elinquetur	non relinquetur lapes	non relinquetur lapis
lapis ·		
super lapidem	super lapidem	super lapidem
q[*] [*]struatur	qui non distruatur	qui non destruatur.
et in triduo aliud eccur[*]		
[*]*ne manibus*		
[3] et cum sederet in mon[*]	[3] Et cum sederet	[3] Et cum sederet in
[*]*ueti*	in montem oliuarum	montem olivarum contra
contra templum	contra templum	templum
interrogab[*] [*]um se-	interrogabant eum se-	interrogabant eum
orsum	paratim	seperatim petrus
petrus et iacobus	petrus et iacobus	et iacobus
et i[*] [*]s et andreas	et iohannis et andreas ·	et iohannes et andreas.

e 1, 1—12.

cod. r:	cod. gat:	Wo:
	item incipit euangelium	
	cata lucan	
	[1] Quoniam quidem	[1] Quoniam quidem
	multi conati sunt	multi conati sunt
[*]re narrationem	ordinare narrationem	ordinare narrationem
[*] [*]e com-	rerum quae in nobis	quae in nobis comple-
pletae sunt	completae sunt	tae sunt rerum
sicut tradider[*] nobis	[2] sicut tradiderunt nobis	[2] sicut tradiderunt nobis
qui ab initio	qui ab initio	qui ab initio
ipsi uiderunt	ipsi uiderunt	ipsi uiderunt
et min[*] fuerunt	et ministri fuerunt	et ministri fuerunt

cod. e:

verbi [3] *placuit*
et mihi ab *initio*
diligenter *omnia adsecuto*
secundum ordinem
scribere tibi
Optime · *o* theopile
[4] ut *a*gnoscas
de quibus
edoctus sis firmitatem ·
[5] Fuit in diebus herodes
reges judae
sacerdos quidam
nomine zacharias
de uice abia*m*
et uxor *illius*
de filiabus aron
et nomen eius elisabet ·
[6] *fue*runt autem iusti
ambo ante *faciem dei*
ambulantes
in omnibus *praeceptis*
et iusti*tiis* domini

sine quaerella
[7] et non erat illis filius
quoniam erat elisabet
steriles et ambo
erant pro*gressi*
in diebus suis ·
[8] Factum est autem
cum sacerdo*tium*
administraret in ordine
uicis suae ante
dominum secundum
consuetudinem sacer-
dotii so*rs illi* exiuit
[9] ut incen ..... neret
et ingressus
in templum domini
[10] et omnes *turba*
populi *fuit adh*orans
illa hora
supplicationis eius ·

cod. b:

sermonis [3] *placuit* et mihi
et spu sco adsecuto
a principio *omnibus*
diligenter ex ordine
tibi scribere
optime theophile
[4] ut cognoscas eorum
uerborum de quibus
eruditus es ueritatem
[5] Fuit in diebus herodis
regis iud*eae*
sacerdos quidam
nomine zaccharias
de uice auia
et uxor *illius*
de filiabus aaron et
nomen eius elisa*bel*
[6] erant autem iusti
ambo ante dominum
incedendes
in omnibus **mandatis**
et iustificationibus dei

sine querella
[7] et non erat illis filius
eo quod esset elisa*bel*
sterilis et ambo
processi erant
in diebus suis ·
[8] Factum est autem
cum sacerdotio
fungeretur zaccharias
in ordin*em* uicis suae
ante deum secun-
dum consuetudinem
sacerdotii **sorte** exiit
[9] ut incensum poneret in-
gressus
in templum domini
[10] et omnis multitudo
orabat ora incensi

cod. f:

uerbi [3] *placuit*
et mihi adsecuto
a principio · *omnibus*
diligenter ex ordine
tibi scribere
optime theofile
[4] ut cognoscas · eorum
uerborum de quibus
eruditus es ueritatem ·
[5] fuit in diebus herodis
regis iudae ·
sacerdos quidam
nomine Zaccharias ·
de uice ubia ·
et uxor *illius* ·
ex filiabus aaron ·
et nomen eius elisabeth ·
[6] erant autem iusti
ambo · *in conspectu dei* ·
incedentes
in omnibus *praeceptis* ·
et iustificationibus do-
mini ·
sine quaerella ·
[7] et non erat illis filius ·
eo quod esset elisabeth
sterilis · et ambo
pro*gressi essent*
in diebus suis ·
[8] factum est autem ·
cum sacerdotio
fungeretur · zaccharias ·
in ordine uicis suae
ante deum · secundum
consuetudinem sacer-
dotii · sors exiuit ·
[9] ut incensum poneret ·
ingressus
in templum domini
[10] et omnis multitudo
populi · erat orans **foris** ·
hora incensi ·

cod. r:	cod. gat:	Wo:
uerbi [8] uisum est	**sermonis** [8] uissum est	**sermonis** [8] *uisum est*
et mihi adsecu[*]	et mihi adsequuto	et mihi adsecuto
a principio *omnia*	a principio	a principio *omnibus*
diligenter ex ordine	diligenter ex ordine	diligenter ex ordine
tibi scribere	tibi scribere	tibi scribere
optime **ó** theophile	obtime theophile	optime theophile
[4] ut cognoscas eorum	[4] ut cognoscas eorum	[4] ut cognoscas eorum
uerborum de quibus	uerborum de quibus	uerborum de quibus
eruditus es ,,, ,,, ,,,	eruditus es ueritatem ·	eruditus es ueritatem
[5] Fuit in diebus herodis	[5] Fuit in diebus herodis	[5] Fuit in diebus herodis
regis iudeae	regis iudae	regis iudae*ae*
sace[*]dos quidam	sacerdos quidam	sacerdos quidam
nomine zacharias	nomine zacharias	nomine zacharias
de [*] abia	de uice abia	de uice abia
et uxor *illi*	et uxor **eius**	et uxor *illi*
de fi[li]abus aaron	de filiabus aron et	de filiabus aaron
et nomen *illi* elisabeth ·	nomen eius helisabeth	et nomen eius elisabeth
[6] erant autem ambo [?]	[6] erant autem iusti	[6] erant autem iusti
ante $\overline{dnm}$	ambo ante deum	ambo ante deum
incedentes	incedentes	incedentes
in omnibus **mandatis**	in omnibus **mandatis**	in omnibus **mandatis**
et iusti*tiis* $\overline{di}$	et iustificationibus domini	et iustificationibus domini
sine querella	sine querela	sine querella
[7] et non erat illis filius	[7] et non erat illis filius	[7] et non erat illis filius
eo quod esset elisabeth	eo quod esset elisabeth	eo quod esset elisabeth
steril[*] et ambo	sterilis et ambo	sterilis et ambo
process*ores* erant	**processerant etate**	**process***issent*
in dibus sui[*]	in diebus suis ·	in diebus suis.
[8] factum est autem *in die-*	[8] Factum est autem	[8] Factum est autem
bus illis cum sacerdotio	cum sacerdotio	cum sacerdotio
fungeretur zaccharias	fungeretur zacharias	fungeretur
uicis suae	in ordine uicis suae	in ordine uicis suae
a[n]te dm secun-	ante deum secun-	ante deum secun-
dum consuetudinem	dum consuetudinem	dum consuetudinem
sacerdotii **sorte** exiit	sacerdotii **sorte** exiuit	sacerdotii **sorte** exiit
[9] ut incensum poneret,	[9] ut incensum poneret	[9] ut incensum poneret
[*]gressus	**in templo** ingresus	ingressus
in templum $\overline{dni}$	in templum domini	in templum domini
[10] et omnis multitu[*]	[10] et omnis multitudo	[10] et omnis multitudo
orabat **for***as*	populi erat **foris**	erat populi orans
hora	hora orans	**foris** hora
incensi	incensi	incensi

cod. e:	cod. b:	cod. f:
11 *Visus est* autem illi	11 apparuit autem illi	11 apparuit autem illi
angelus domini	angelus	angelus domini ·
stans *in medio*	stans a dextris	stans a dextris
altaris	altaris	altaris
supplicationis	*incensi*	*incensi* ·
12 et turbatus est za-	12 et uidens zaccharias	12 et uidens zaccharias ·
charias *cum uidisset*	turbatus est et timor	turbatus est · et timor
et timor *inuasit illum* ·	*cedidit* super *illum* ·	*cecidit* super eum ·

Io 1, 47—51.

cod. e:	cod. b:	cod. f:
1 47 Ihs *autem ut* uidit	1 47 Uidens *autem* ihs natanael	1 47 uidit ihs nathanael ·
uenientem nathanael ad se	uenientem ad se	uenientem ad se ·
ait · ecce *uere* Israhelites	dixit de eo	et dixit de eo ·
	Ecce *uere* instrahelita	ecce *uere* istrahelita
in quo *mendum* non est.	in quo dolus non est	in quo dolus non est
48 *Et ait illi* natanael	48 *ait illi* natanael	48 dicit ei nathanael
unde me *nosti* ·	unde me nosti?	unde me nosti ·
et ait illi ihs	respondit ihs	respondit ihs ·
	et dixit ei	et dixit ei ·
priusquam philippus te	*ante*quam te filippus	prius quam te philippus
uocaret cum esses	uocaret cum esses	uocaret · cum esses
sub *arbore* fici	sub *arbore* ficu*lnea*	sub ficu*lnea* ·
uidi te ·	*noui* te	uidi te ·
49 *Et* natanael *respondit*	49 respondit ei natanael	49 respondit ei nathanael et dixit
rabbi tu es filius di	rabbi tu es filius di	rabbi · tu es filius di ·
tu es rex isdrahel ·	tu es rex istrahel	tu es rex israhel ·
50 *Et* ihs respondit et dixit	50 respondit ihs et dixit ei	50 respondit ihs · et dixit ei
quia dixi uidi te	*quoniam* tibi dixi *eo quod*	*quoniam* dixi tibi ·
sub *arbore* fici credes	uiderim te sub *arbore* fi-	uidi te sub ficu*lnea* ·
	cu*lnea*	
Maiora horum uidebitis ·	credis maiora *horum* ui-	credis · maiora *horum*
	debis	uidebis ·
51 et dixit *illis ihs* amen	51 Et dixit ei amen amen	51 et dicit ei · amen · amen ·
amen		
dico uobis *amodo* uide-	dico uobis uidebitis cae-	dico uobis · uidebitis cae-
bitis caelos	lum	lum
apertos et angelos	apertum et angelos di	apertum et angelos di
ascendentes et descen-	ascendentes et descen-	ascendentes et descen-
dentes	dentes	dentes
ad filium hominis ·	ad filium hominis ·	*supra* filium hominis ·

cod. r:	cod. gat:	Wo:
11 apparuit [*	11 apparuit autem illi	11 apparuit autem illi
*	angelus domini	angelus domini
*	stans a dextris	stans a dextris
* . . *]	altaris	altaris
	supplicationis	*incensi.*
12 et turbatus est zaccharia [* *]mor	12 et zacharias turbatus	12 et zacharias turbatus
cecidit super *illum*	est uidens et timor	est uidens et timor
	inruuit super eum ·	inruit super eum.

Io 1, 47—51.

cod. r:	cod. gat:	Wo:
1 47 uid*ens* au**m ****atha[*	1 47 Uidit ihs nathanahel	1 47 uidit iesus nathanahel
*]ntem ad se	uenientem ad se	uenientem ad se
di*xit* de eo	et dicit de eo	et dicit de eo
ecce **homo** *ue*[**]helita	ecce **vir** israhelita	ecce *uere* israhelita
in quo dolus non est	in quo dolus non est	in quo dolus non est
48 *ait illi* natha[*	48 dicit ei nathanahel	48 dicit ei nathanahel
*] de me nosti	unde me nosti	unde me nosti
respondit ihs	respondit ei ihs	respondit iesus
et dixit ei *ante*	et dixit ei prius	et dixit ei prius
*] filippus	quam te phylippus	quam te philippus
uocaret cum esses	uocaret cum esses	uocaret cum esses
sub *arbore* fi[*]ea	sub fycu	sub ficu
uidi te	uidi te	uidi te
49 respondit	49 respondit	49 respondit
nathanael et ait *illi*	ei nathanahel et ait	ei nathanahel et ait
* *] filius dī	rabbi tu es filius dī	rabbi tu es filius dei
tu es rex israhel	tu es rex isrl	tu es rex israhel
50 respondit [**] di**it	50 Respondit ihs et dixit	50 respondit iesus et dixit
ei *quoniam* dixi tibi	ei quia dixi tibi	ei quia dixi tibi
quod uiderim te [* *]*bore ficulnea* credis	uidi te sub ficu credis	uidi te sub ficu credis?
maio*ra horum* ui[*	maius hiis uidebis	maius his uidebis
51 *] dicit *eis* amen amen	51 et dicit ei amen amen	51 et dicit ei amen amen
dico uobis *a modo* u[**]s	dico uobis uidebitis caelum	dico uobis uidebitis caelum
caelum apertum et angelos dī	apertum et angelos dī	apertum et angelos dei
ascende[* *] descendentes	ascendentes et discendentes	ascendentes et descendentes
supra filium hominis ·	ad filium hominis ·	*supra* filium hominis.

3. **Emendatio Hieronymiana.** E locis parallelis supra allatis manifesta fit res doctis hominibus dudum notissima, quantum videlicet evangeliorum codices latini tam Antehieronymiani quam Hieronymiani inter se conveniant. Sanctus enim Hieronymus in emendando evangeliorum textu quam maximam procul dubio rationem habuit hominum piorum, qui nimia sacri textus reformatione atque verborum elocutionumque immutatione magnopere essent laesi. Qua de causa, cum totius evangelici textus paene decima pars codicibus Hieronymianis cum antiquis codicibus Italicis sive Europaeis sit communis, haud ita facile diiudicandi sunt libri, utrum sint Antehieronymiani, an re vera Hieronymiani, an ex utroque genere sint mixti.

Atque codicem hunc Gatianum certas servare lectiones vere Antehieronymianas easque ‚Africanas' iam supra demonstratum est. Sed insunt etiam lectiones Hieronymianae. Velut apud Mt 6, 11 in ipso textu habemus versionem Antehieronymianam ‚panem nostrum quotidianum (= ἐπ-ιούσιον)', cum prima manus inter lineas superposuerit versionem Hieronymianam ‚supersubstantialem (ἐπι-ούσιον)'[1]. Hac itaque lectione interlineari demonstratur ipsi primo codicis *gat* librario (Holcundo nomine), qui fuit etiam primus corrector, s. Hieronymi emendationem iam fuisse notam usitatamque. Accedunt tot aliae lectiones in ipso textu positae a codicibus Antehieronymianis omnino discrepantes, quae non nisi in codicibus Vulgatae sollemnibus *(am fuld al.)* inveniuntur quaeque etiam ex eo vere Hieronymiani esse cognoscuntur, quod textui Graeco magis conformes sunt. Cuius rei habes exempla in criticis adnotationibus, quibus editionem inlustravi; et eadem de causa etiam supra locis parallelis addidi textum Vulgatae Wordsworthianum: unde facillime perspiciendum est lectiones codicis *gat* a versionibus Antehieronymianis alienas plerumque inveniri in Vulgatae codicibus *am lind ept* fuld al.,* quibus *Wo* nitebatur.

4. **Indoles mixta.** Tria igitur lectionum genera in codice hoc Gatiano aperte sunt distinguenda:

a. Strues videlicet antiquissima Antehieronymiana atque ‚Africana';

b. Emendationes Hieronymianae;

c. Magna quaedam intermedia pars, quae codicibus utriusque indolis est communis.

[1] Cf. S. Hieronymum ad Mt 6, 11: ‚Quod nos supersubstantialem expressimus, in graeco habetur ἐπι-ούσιον etc.'

Cuius mixtionis argumenta in omnibus fere paginis ante oculos panduntur: Sunt tot rudimenta et conflationes, quas infra in lectionum spicilegio congregabo atque etiam aliorum codicum comparatione aliquatenus dilucidabo. Quibus accedunt tot lectiones variae ab ipso Holcundo *(m. 1)* vel non multo post a manu secunda vel tertia *(m. 2; m. alt; m. 3)* inter lineas superscriptae vel etiam in ipso textu sive radendo sive expungendo correctae, de quibus in adnotationibus egi. Quare cum verisimillimum sit antecessores etiam codices eadem vel simili ratione fuisse correctos et emendatos, non est quod de mixta textus indole iam mireris.

De media demum parte quam dixi difficillima quaestio est, utrum ex unius versionis antiquissimae Africanae emendatione, an ex diversarum versionum antiquarum commixtione sit orta. Quam quidem quaestionem omnino solvere nequeo. Hoc solum moneo, quanta propinquitate cohaereant codices etiam Europaei *b a al.* cum versione ‚Africana', id quod non solum supra apud Mt 13, 14 sq videtur[1], sed aliis quoque lectionibus plurimis demonstratur. Velut nuperrime[2] in opusculo, in quo de Lc 3, 22—38 egi, eiusdem omnino esse indolis ostendebam codices *e a b c l r*, qui aliis quidem locis etiam cum codice *gat* artissime cohaerent, nempe codex *r* vere Hibernicus est, et codex *e* ‚Africanus', quem etiam haud leves emendationes ‚Italicas' sive ‚Europaeas' passum esse manifestum est[3].

Quae cum ita sint, miram ecquidem hanc codicis *gat* structuram ita compositam esse censeo, ut genuina illa versio antiquissima Africana, quam codici pro fundamento subesse demonstravi, iam ante s. Hieronymi aetatem ad exemplaria veteris familiae ‚Italicae' sive ‚Europaeae', postea etiam ad exemplaria Hieronymiana sive pura sive mixta pedetemptim emendaretur atque adeo misceretur.

Quod itaque codex *gat* exemplar admodum insigne est recensionis Hibernicae, facilius potest quaeri quam re vera demonstrari, unde quibusdam tandem viis in insulas venerit versio illa antiqua temporibus iam Antehieronymianis tantopere mixta, quanamve primum aetate codices etiam supervenerint Hierony-

[1] Cf. supra pag. xxx ss. De hoc loco egi in dissertatiuncula mea ‚Der lateinische Barnabasbrief' (Sonderabdruck aus der Röm. Quartalschrift), Freiburg 1909, 11; et iterum agam in opusculo quod editurus sum ‚Biblische und Patristische Beiträge', Freiburg 1910. Cf. etiam infra pag. XLIX adnot. 1.

[2] Die Stammbäume Jesu: Biblische Studien XV (1910) 59 ss.

[3] Cf. W. Sanday, Old-Latin Biblical Texts II, Oxford 1886.

miani, ad quos sive in Italia, sive in Gallia, sive in ipsis monasteriis Hibernicis antiqua recensio iterum iterumque emendabatur? Quibus quaestionibus satisfecisse nuperrime sibi visus est D. John Chapman[1], qui tamen sagacius quam verius eis de rebus auguratus est. Non quod ecquidem melius sciam. Difficillimae enim sunt res, quas omnino enodaturum esse quemquam vix sperandum est. Tot erant viae antiquissimis iam temporibus creberrimique commeatus, tam frequentia hominum etiam monachorum commercia; neque e sescentis evangeliorum codicibus hic illic scriptis, huc illuc missis, etiam atque etiam emendatis, immutatis, iterum atque iterum transscriptis vix unus alterve superstes nobis relictus est, nedum de itineribus variisque fatis paucissimorum qui adhuc servantur librorum certiores simus:

a. Plane ignorari confitendum est, unde codicis *gat* archetypus Antehieronymianus, qui fuit indolis ‚Africanae', in Hiberniam venerit. Hucne aliquatenus spectet codex ille Bobbiensis *k*, quem habemus ‚Africanae' versionis testem celeberrimum, valde dubito, quamquam in monasterio originis Hibernicae Bobbiensi antiquitus asservabatur, quo ipsum Columbanum secum comportasse librum memoriae traditum est. Si Ludovicus Traube[2] recte iudicavit, de origine libri Hibernica adeo cogitari nequit, ut in ipsa potius Africa anno circiter 400 scriptus esse videatur, unde fortasse per Hispaniam in Bobbiense monasterium migrasse verisimile est. — Num huc spectet evangeliorum codex purpureus Palatinus *e*, qui versionem ‚Africanam' Italicis et Europaeis lectionibus intermixtam exhibet, iterum ignoro, cum de codicis origine nihil adhuc sciatur, nisi quod saeculo circ. V sit scriptus atque saeculo XVIII in secretiori tabulario episcopali Tridentino sit asservatus, unde circiter annum 1800 Viennam pervenit[3]. Qui codices ‚Africanae' indolis ad illustrandam potius quaestionem nostram apti mihi esse videntur quam ad absolvendam. — Si Chapmano fides est habenda, ipse s. Patrick, Hiberniae apostolus, e Lerinensi monasterio evangeliorum recensionem, quae hodie Hibernica

[1] Notes on The Early History of the Vulgate Gospels, Oxford, Clarendon Press 1908.

[2] Nomina sacra, München 1907, 138 ss: ‚Undenkbar ist irischer Ursprung, für den Ceriani eintritt'. ‚Nach Bobbio (kann er) über Spanien gekommen sein'.

[3] Euangelium Palatinum ineditum ed. C. Tischendorf, 1847. De codicis historia Hugo Linke, Neue Bruchstücke des Ev. Palat.: Sitzungsber. der Kgl. Akademie der Wissensch. in München, phil.-hist. Kl. II (1893) 29.

appellatur, in Hiberniam introduxit. Infitiandum sane non est Chapmani coniecturam sagacitate non carere. Attulit etiam aliquot lectiones evangelicas e scriptoribus Gallicis atque ex ipsius Patrici scriptis desumptas, quae cum codicibus Hibernicis concordant. Nequa tamen argumentationem omni ex parte confecit. Obstant lectiones etiam contrariae. Atque totidem fere inveniuntur lectiones concordes et discordes etiam in Gallicis reliquisque posterioris aetatis codicibus, ut eisdem de causis etiam post Patrici tempora e Gallia vel ex ipsa Italia venisse codices archetypos conicias. Erant etiam in Brittannia ecclesiae iam ante Patricium fundatae, quae codicibus suis sacris utebantur, et post Patrici aetatem monasteriis Celticis, quae in Brittannia erant, res erat cum monachis atque coenobiis originis Italicae et Gallicae[1]. Et e Baedae historia Anglorum scimus, quam frequentia fuerint itinera episcoporum et abbatum et monachorum, qui ex ipsa saepe urbe Roma codices sacros secum apportarent[2]. Quae cum ita sint, quaestio iam maior esse videtur, quam ut intra fines huius editionis absolvi possit.

b. Quod vero codex *gat* magnam partem ad recensionem Hieronymianam emendatus est, ex codice potissimum Epternacensi illo nescio an lux quaedam possit oriri:

5. **De Codice Epternacensi.** Paucis igitur verbis tangendus est evangeliorum codex Epternacensis *(ept)*, ipse quoque mixtae indolis ex emendatione Hieronymiana atque e recensione Hibernica mire compositus, qui subscriptione praesertim Eugipiana illa celeberrimus est. Quem ecquidem codicem, cum admodum propinquus mihi esse videretur, mense Martio anni MCMIX cum hac editione typis dudum absoluta iterum ipse contuli[3]. Exstat hodie in eadem Bibliotheca Nationali Parisiensi inter codices mss. latinos sub no. 9389 positus. Fuit quondam monasterii s. Willibrordi Epternacensis. Scriptus est saeculo VIII a manu Hibernica vel Saxonica litteris elegantissimis, versibus per cola et commata digestis. Variae lectiones haud paucae ab eadem manu prima *(ept*[1] vel *ept my.)* in margine adscriptae sunt. Initio cuiusque evangelii picturis ornatus est, videlicet imaginibus illis hominis, leonis, vituli, aquilae; quibus figuris, quae totas paginas complent, succedunt

---

[1] Cf. Dom Fernand Cabrol, L'Angleterre chrétienne avant les Normands: Bibliothèque de l'enseignement et de l'histoire ecclésiastique, Paris 1909.

[2] Cf. etiam G. B. de Rossi, Bibliothecae Apost. Vaticanae Codices Mss: Codices Palatini Latini I, Romae 1886, LXXII ss.

[3] Codicis *ept* lectiones a *Wo* parum diligenter exscriptae sunt.

mirae illae litterarum contignationes eundem fere in modum illuminatae atque in codicibus Hibernicis *ken lind gat cant 197* al. videntur. Orthographia quoque Hibernica est. Praecipua tamen et artis et textus vicissitudine coniungitur cum fragmento Cantuariensi Collegii Corp. Christi no. 197 saec. VIII, in quo a manu recenti (vid. a manu Parkeri archiepiscopi) post annum 1731 ita inscriptum est: *Fragmentum quatuor Evangeliorum. Hic liber olim missus a Gregorio Papa ad Augustinum Archiepiscopum: sed nuper sic mutilatus* [1]. At non omnis vera esse potest inscriptio, cum vix ante saec. VIII a manu Hibernica vel Saxonica eaque simillima librarii codicis *ept* scriptus sit codex pulcherrimus.

Atque in fine codicis *ept* ipse librarius sic testatur:



Proëmendaui ut potui | secundum codicem | de bibliotheca eugipi praespiteri quem ferunt | fuisse sc̄i hieronimi | indictione ·VI· p(ost) con(sulatum) bas|silii u(iri) c(larissimi) anno septimo | decimo. — [= a. 558] [2].

Haec subscriptio, quae ex archetypo anni 558 in codicem saeculi VIII Epternacensem transiit, ingeniosa nuper coniectura a Chapmano [3] ipsi Cassiodorio tribuebatur. Non quod argumenta quae attulit, satis firma sint. Neque enim sola accedit subscriptio anni 546 in codice *fuld* Victoris episcopi Capuae notissima illa, de qua Chapmanus egit, sed tot aliae exstant illius temporis sub-

[1] Si modo Goodwinum recte interpretor, est manus Parkeri archiepiscopi, qui post annum 1731 verba adscripsit. Cf. James Goodwin, Evangelia Augustini Gregoriana. An historical and illustrative description of the Mss. Nr. 286 and 197 in the Parker Library of Corpus Christi College, Cambridge; being the Gospels sent by Pope Gregory the Great to Augustine A. D. DCI. To which is added the Capitulatio of the four Gospels from Nr. 286: the Text of the Fragments of s. John's Gospel from Nr. 197 and also a Collation of the Texts of s. John's Gospel from both Mss., Cambridge 1847.

[2] Ectypon ex libro Beissel, Geschichte der Evangelienbücher in der ersten Hälfte des Mittelalters 121, desumpsi, qui mutuatus est ex editione L. Delisle, Le cabinet des Manuscrits de la Bibliothèque Nationale, atlas tab. XIX, 8, Paris 1881.

[3] Notes on the Early History of the Vulgate Gospels 31 sq.

scriptiones persimiles[1], quae eum fugerunt quaeque a Cassiodori nomine certissime alienae sunt, cum ad eandem regionem Neapolitanam pertineant, ubi Eugipi abbatis Lucullanum illud monasterium situm erat[2]. Atque etiam elocutio *[pro]emendaui ut potui*, quam urgebat Chapmanus, in eisdem antiquis codicum subscriptionibus adeo usitata est, ut ad Cassiodori Institutionum (praef.) illud dictum *ut senex potui . . .* haud ita necessario referatur. Velut in codice antiquissimo Casinensi (no. 346 saec. VI) subscriptio servata est Lucullana anni 569: *Donatus gratia Dei presbyter proprium codicem Iustino Augusto tertio post consolatum eius in aedibus beati Petri in castello Lucullano infirmus legi · legi · legi*[3]. Accedit subscriptio anni 559 in duobus codicibus s. Augustini de trinitate tradita, quae et genere dicendi et temporis vetustate subscriptionis anni 558 Epternacensis proxima est: *emendaui ut potui imperatore domno Iustiniano anno tricesimo tertio ind. VII, VI kl Iunias in provincia Campania in territorio Cumano in possessione nostra Acheruscio*[4]. Addo subscriptionem Eugipiani thesauri longissimam anni 582, in qua cum alia tum haec leguntur:

---

[1] De codicum antiquorum subscriptionibus egerunt Jahn, Berichte über die Verhandlungen der Kgl. Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften zu Leipzig, hist.-phil. Kl. III (1851) 327–383; Fr. Haase, Index lectionum in Universitate Lit. Vratislaviensi 1860; Aug. Reifferscheid, Index scholarum in Univ. Lit. Vratislav. 1872 ad 1873. Cf. etiam V. Gardthausen, Griech. Paläographie, Leipzig 1879, 372 ss.

[2] De bibliotheca Eugippi egit L. Traube, Vorlesungen und Abhandlungen, ed. F. Boll, I, München 1909, 108 sq.

[3] Reifferscheid l. c. 3.

[4] Cod. Divionensis no. 141 (108) saec. XI ex. olim Cisterciensis: Augustinus de trinitate libri XV. Cf. Catalogue général des mss. des bibliothèques publiques de France, t. V: Départements, Paris 1889, 39. Eandem subscriptionem exhibet Augustini de trin. codex quidam in Hispania asservatus, de quo notulam aliquando habui, quam modo invenire in schedis meis non possum. Sed eandem ibi exstare subscriptionem certissime memini, ita tamen, ut ultimum verbum non ‚*Acheruscio*' sonet, sed ‚Acherusio'. Subscriptionem codicis Divionensis iam laudaverunt Libri, Journ. des sav. 1840 I 41; Jahn l. c. 369; Reifferscheid l. c. 8. Territorium Cumanum laudatur etiam apud Capasso, Monumenta ad Neapolitani ducatus historiam pertinentia (Società Napoletana di Storia Patria: Monumenti storici II 2, Neap. 1892, 37): *Sergius consul et dux . . . in cuncto territorio Nolano et Cumano et Avellano seu Lauritano* etc. De *possessione* vero *Acherusio* vel *Acheruscio* nihil inveni, nisi quod antiqui lacum apud Cumas situm Acherusium vocabant. Cf. Vergil. Aen. 6, 106; Seneca ep. 55, 6: *prope Cumas rivus et a mari et ab Acherusio lacu receptus*; Plin. nat. hist. 3, 61: *Acherusia palus Cumis vicina;* Tab. Peuting. 6, 3: *lacus Acherusius.*

... ego Petrus notarius sanctae ecclesiae catholicae Neapolitanae ut potui emendaui sub die iduum Decembrium imperatore domino nostro Tiberio Constantinopolis Augusti anno septimo, post consulatum eiusdem Augusti anno tertio, indictione quinta decima, obsidentibus Langobardis Neapolitanam civitatem etc.[1] Elocutio ‚*ut potui*' occurrit etiam in codice Ambrosiano (F 84 sup. m. 4 saec. VIII) olim Bobiensi: *in nomine domini contuli ut putaui* [corrige *potui*); et in tribus s. Augustini codicibus Casinensibus, vid. in cod. no. 167 saec. XI—XII et in cod. no. 170 saec. XI: *in nomine domini contuli ut potui;* et in cod. no. 16 saec. XI: *emendaui ut potui*[2]. Et in fine epodorum Horati subscriptum est: ... *legi et ut potui emendaui* ... [a. 527][3]. Et in subscriptione anni 402 in Noni codice Montispessulano (H 212) Sabinus quidam dicit: *legi ... prout potui sine magistro emendans adnotaui* ...[4] Et in s. Augustini de baptismo codice Escorialensi saeculi VI genuina fortasse legitur subscriptio: *Contuli ut potui deo gratias* et iterum *Contuli quantum mihi dominus opitulatus est*[5]. Quae sane causae quamquam Chapmani coniecturae non plane obstant, at certe minus favent. Sed aliud in subscriptione Epternacensi reliquum esse argumentum mihi videtur, quod nescio an re vera Cassiodori sapiat genuinum dicendi genus. Elocutionem dico singularem ‚proemendaui'. Quae vox corrupta est, ut iam Chapmanus[6] vidit, qui tamen perperam in ‚praeemendaui' correxit. Immo cum Reifferscheidius[7] in pluribus codicibus Cassiodori ‚Historiae tripartitae' subscriptiones singulares invenerit ‚**per** legi' (videlicet in codicibus duobus Vercell. et in Vat.) atque adeo novum prorsus et inauditum verbum eiusdem significationis notauerit in quinque eiusdem operis Cassiodori codicibus (in Neapolit. et Casin. et Vat. et in duobus Vercell.), quibus ego sextum testem addo codicem olim Messanensem iam Matritensem saec. XII (Bibl. Nat. F 19)[8], nimirum singularem subscriptionem ‚**per** contuli', mihi iam dubium non est, quin in cod. *ept.* ex ‚proemendaui'

[1] Cf. Reifferscheid, Index scholarum 7. [2] Ib. 4.

[3] Jahn, Berichte über die Verhandlungen etc. 353.

[4] Ib. 333 sq.

[5] Escorial, Real. Bibl. de San Lorenzo cod. saec. VI sine numero, olim Sponheimensis. Cf. Hartel-Loewe, Wiener Akad. Sitzungsber. 111 (1885) 411. L. Traube, Vorlesungen u. Abhandlungen, ed. F. Boll, I, München 1909, 182, n. 41, ubi reliquae dissertationes enumerantur.

[6] Notes on the Early History of the Vulgate Gospels 32.

[7] L. c. 5.

[8] Cf. Hartel-Loewe l. c. (1885) 113; (1886) 227.

corrigendum sit ‚**per e m e n d a u i**' i. e. omnino usque ad finem **peremendaui ut potui!** Iam vero cum Cassiodorius non solum in praefatione ‚Institutionum divinarum et humanarum literarum' profiteatur in emendandis sacris novem voluminibus multum sese laborasse, sed cum etiam in antiquissimo codice Longobardico Bambergensi in fine earundem ‚Institutionum' ipsius proculdubio Cassiodori subscriptio haec singularis tradatur: *Codex archetypus ad | cuius exemplaria sunt | reliqui corrigendi*[1], optimis sane nixus argumentis Reifferscheidius suspicatus est Cassiodorium ipsum, ‚Tripartitae historiae' archetypum **percontulisse:** Atque haec cum ita sint, ecquidem haud scio an re vera verisimillimum sit e u n d e m ipsum Cassiodorium etiam codicis *ept* archetypum anno 558 ‚ad exemplar Eugipi praespiteri' **peremendasse.**

Quod si in subscriptione dictum est: *peremendaui . . . ad codicem Eugipii praesp. quem ferunt fuisse sancti Hieronimi,* re vera codex hic *ept* ita est exaratus, ut in ipso textu *(= ept*)* in universum cum Vulgatae codicibus sollemnibus congruat, licet hic illic etiam susceperit aliquot lectiones Hibernicas[2], cum in margine ab ipsa manu prima *(= ept*[1]*)* lectiones plerumque Hibernicae adscriptae sint. Cum codice *gat* si non semper, at certe saepissime ita convenit, ut *ept** respondeat *gat*[1] (atque codicibus *lind am cand 197* aliisque ‚Hieronymianis' libris), *ept*[1] vero respondeat *gat** (atque codicibus Hibernicis). Medius inter *ept* et *gat* est codex *cant 197,* ita tamen, ut *cant** plerumque cum *ept** et *gat*[1], interdum etiam cum *gat** et *ept*[1] faciat. Atque cum in codice *cant 197* vix lectio inveniatur, quae non legatur etiam sive in codice *ept*,* sive in *gat* et *ept*[1], ad eandem fere scholam Hiberno-Saxonicam referendos esse codices *ept* et *cant 197* et *gat* verisimillimum est, ne dicam de eadem arte pictoria et calligraphica codicum *cant* et *ept.* Mira tamen haec cognatio ita mihi orta esse videtur, ut altera ex parte codex *gat,* altera codices *ept* et *cant 197 al.* ex eadem recensione antiqua Hibernica et e Vulgata Eugipiana vice versa miscerentur. Nam cum primum recensio Hieronymiana in insulis apparuit, neque codices illic inde a vetustissimis temporibus usitati ex usu sollemni statim recedebant, neque novi codices sine ulla immutatione manebant. Immo inter utrasque versiones pugna quaedam exoriebatur, cum

---

[1] Cf. Haasel. c. 7. Reifferscheid l. c. 5.

[2] Cf. Wordsworth-White l c. 712, qui codicem *ept** orthographia potius quam ipsis lectionibus Hibernicum esse existimant.

monachi Hibernio-Celtici adsuetis codicibus antiquis, monachi vero advenae recensione Hieronymiana uterentur. Ad pacem ita ventum est, ut codices Hibernici etiam atque etiam ad codices Vulgatae emendarentur, prout videmus adhuc in codice hoc *gat** + *gat*$^{1\cdot2\cdot3}$, novi vero codices lectionibus etiam intermiscerentur Hibernicis, prout videmus in codice *ept** + *ept*^{1}: inter quos medius est codex *cant 197*.

Utrum vero codicis *ept* archetypus, quem nescio an ipse Cassiodorius anno 558 ad exemplar Eugipianum emendaverat, iam a Gregorio Papa ad Augustinum Archiepiscopum Cantuariensem missus sit, ut de codice *cant 197* testatus est Parkerus, an Baedae tandem temporibus in monasteria Nordanhymbrica ipsius Cassiodori codex ille grandior atque Pandectes novem voluminum sint transportati, ut Chapmanus ingeniose suspicabatur, in medio relinquam. Obstare videntur non solum tot lectiones Hibernicae, quibus codex *ept* (etiam plus codex *cant*) cum in margine, tum in ipso textu instructus est, sed etiam cognatio lectionum Hieronymianarum codicis *ept* cum codice *cant 197* et *gat:* quippe quod si codex *ept* ex eodem archetypo transscriptus esset atque codices Nordanhymbrici *am lind al.,* haud sciam an cognatione magis etiam Nordanhymbrica, minus Hibernica excelleret! Immo ipsa cognatio codicum *ept* et *cant* cum *gat* facilius mihi explicanda videtur, si archetypus Eugipianus iam Gregori quam Baedae temporibus in insulas venit. Neque tamen certum est iudicium. Utinam monachi O. S. B., qui iussu Pii X P. P. de redintegranda nuperrime s. Hieronymi emendatione operam navare coeperunt, eis de rebus certiores nos faciant!

III. SPICILEGIUM LECTIONUM.

Cum non solum textus *gat*, sed reliqui quoque antiquiores evangeliorum codices, qui e versionibus Antehieronymianis et ex Hieronymiana recensione mixti sunt, tam varie inter se consentiant atque dissentiant, ut de ipso codicum stemmate frustra inquisieris, satis mihi visum est certiorem esse de codicis *gat* cognatione ‚Africana' et ‚Italo-Europaea' atque de emendatione Hieronymiana. De singulis vero portionibus quantae sint, ne ausus sum quidem disserere. Atque cum non tam numeranda sint quam ponderanda argumenta, cumque omnia potius sint respicienda quam singula, etiam arte statistica quam dicunt supersedendum esse existimavi. Ad ipsum textum quem edidi remitto hominem doctum. Hoc saltem loco aliqua antiquitatis rudimenta et conflationes aliasque laudare liceat quasdam lectiones, quibus ea quae de mixta indole atque de antiquissima origine ‚Africana' supra disserui, adhuc firmantur:

